cit ſi iuretur intra terminū. ſecus ſi ad probandum habendum,
quod nil eſt probare, quia idem eſt probare, ⁊ probatum habere
vt patet ex defectu probationis. vide ff.de arbit.l.non ex omni-
71 bus. Dictum †teſtis trahitur ad tempus iuramenti, niſi tempo-
re depoſitionis precluſa ſit via in probādo. Facit quod not.in
cap.j.de offi.deleg. Bald.in conclu.⁊ vide omnino in noſtro re-
72 pertorio, in titu.de dila. ¶ Teſtis. †qui iurat in termino licet
poſtea deponat, dicitur in termino depōere, vt not.C.de teſtib.
l.ſi quando.⁊ ſi terminus datus eſt ad deponēdum, non ſufficit
iurare intra terminum niſi deponat. Quero, vtrum in iuramen-
to teſtis requiratur partis citatio ibidem.⁊ vide de damno in-
fe.l.damni infecti.§.Sabini.⁊ per Bartolum in conſilio ccxvij.
Teſtes non preſumuntur iurati, niſi per acta appareat de iura
mento, licet notarius dicat, talis teſtis iuratus, Bartol. in l.
Theopompus.ff.de do.prelegat.
73 QVando. †autem teſtes recipiēdi ſunt: Tu
dic, quod regulariter poſt litē cō-
teſtatam, ante autem recipi non valēt. Fallit in mul-
tis caſibus, in quibus recipiuntur lite non conteſta-
ta, vel etiam non inchoata. Primus caſus eſt ſi timetur de mor-
te teſtium, vt qꝛ ſunt infirmi, vel ſenes. Secundus, ſi timetur de
abſentia diuturna. Tertius, ſi agatur de electione confirmāda
vel caſſanda. Quartus, cum agitur de matrimonio carnali, ⁊ is
qui conuenitur malitioſe contumax eſt. Quintus, cum de crimi-
ne proceditur per inquiſitionem. Sextus cum petitur teſtem
ad eternam rei memoriam examinari. Septimus, in cauſa ap-
pellationis a grauamine interpoſite vel in alia cauſa ſi appel-
latus, contumax eſt. Octauus, quia in contumacia actoris reus
ſuos teſtes produxit lite non conteſtata. Ratio qꝛ in eius pote
ſtate non eſt quando cōueniatur. Nonus cum actor nequit age
re propter interpoſitum iuramentum. Decimus, cum minor iu
dicis officio ab hereditate abſtinet. Undecimus, cum cauſa eſt
ſpiritualis, vel in crimine hereſis proceditur. Duodecimus,
vbicunque publicum cōmodum offenditur vt in malo officiali.
Decimuſtertius, ſecundum quoſdam ſcʒ dum agitur de ſtatu ⁊
libertate eccleſie. Decimuſquartus cum reſtitutio in integrum
incidenter iudicis officio poſtulatur. Decimuſquintus, in peti-
tione legati vel fideicōmiſſi. Decimuſſextus cum agitur finium
regundorum. Decimuſſeptimus, cum agitur in Trebellianica
reſtitutione ⁊ in cauſa denuntiationis. Decimuſoctauus, in
cauſa hereſis: nam poſt mortem quis punitur ſine litis conteſta
tione. Decimuſnonus cū perſona eſt ſuſpecta. Uigeſimus, cum
agitur cū aliquo poſſeſſore de beneficio eccleſiaſtico obtinēdo.
Uigeſimuſprimus in dilapidatione. Uigeſimuſſecūdus in cau
ſa purgationis. Uigeſimuſtertius, cum quis eſt intra puberta-
tem, ⁊ timetur de variatione. Uigeſimuſquartus, in cauſa ſub-
ſcriptionis. Uigeſimuſquintus, quando iudex ad cautelam te-
ſtes recipit in notorijs. Uigeſimuſſextus quādo quis deficit in
purgatione lite non conteſtata. Uigeſimuſſeptimus, in liberta-
te ſecundum quoſdam. Uigeſimuſoctauus, vbi intellectus cōte-
ſtationem aliquid incidēter proponitur, ⁊ probatur. Uigeſimuſ
nonus, vbicūqʒ aliquid iudicis officio expeditur qđ intelligeđ
offi.deſeruiēte actioni. Trigeſimus, cū is, qui poſſidet, liti ſe oſ-
fert: qꝛ tunc etiā lite non conteſtata, fertur ſentētia. Trigeſimuſ
primus, in odioſis, in quibus actori prefigitur terminus, ſi quo
ſi non veniat, poſtea non auditur. Trigeſimuſſecundus, in exce
ptionibus dilatorijs fori, ⁊ in quibuſdā perēptorijs, vt cū exci
pitur de re iudicata tranſacta vel finita. Trigeſimuſtertius, cū
impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine ventris petit
ſe in poſſeſſionē mitti, vel cum reo abſente actor petit ſe mitti in
poſſeſſionem bonorum cauſa cuſtodie, vel cū querit, an interſit
actoris rem exhiberi vel quādo legatarius petit ſibi ſatiſfieri đ
legato, ⁊ queritur, an ſit ei relictum legatum, vel cū filius petit
alimenta, ⁊ queritur an ſit filius, vel econuerſo, vel cū pignora
capiuntur ex cauſa iudicati, ⁊ queritur an ſint condemnati. In
predictis ſi vocatus ſit cōtumax, poſſunt teſtes recipi, ⁊ diffini-
tiua ferri ſentētia. Trigeſimuſquartus, in omnibus emergenti-
bus ſecundum quoſdam, ⁊ breuiter vbicunque libellus non ad-
mittitur. Et dixit Innocentius in c.cum dilectus, de accuſatio.
quod publicatis atteſtationibus poſſunt etiam examinari, non
ad plenam probationem, ſed ad iudiciū i matre, que teſtificatur
de etate filij impuberis, ⁊ etiam infamis, qui non facit plenā pro
74 bationem. Ang.in conclu. Et quādo †teſtes actoris, vel rei reci
piuntur ante litis cōteſtationem, vt qꝛ ſunt ſenes vel infirmi, tūc
non publicantur, ſed conſeruantur, licet aliqui dixerunt contra-
rium in teſtibus pro parte rei. ſi tamen reus adeſt in iudicio, ⁊
actor abeſt, tunc ante litis conteſtationem etiā recipiūtur ⁊ pu
blicantur, ⁊ fertur diffinitiua. Predicta omnia vera, ſiue ciuili-
ter, ſiue criminaliter agat. De predictis omnibus, vide i Spe.
de teſte.§.nunc tractemus quādo ſunt teſtes.⁊ vide Ange.C.de
naufragijs li.xj.in l.de ſubuerſis. vbi ponit caſus in quibus ei
examinantur ante litis conteſtationem. de materia vide bar.
l.mortis cauſa donare.ver.ex hac l.ff. de do.cauſa mor.⁊ qđ no.
idem Ang.in l.ij.ff.de fer. An in examinatiōe teſtium, que fit an
te litis conteſtationem ſufficiat aduerſarium citari ad domum,
75 vide per do.Ang.in auth.de teſti.§.ſi.in ſi. Et ſi teſtes †dicūt ſe
nihil ſcire, vel nō recordari poſt eorum publicationem, poſſunt
alij ſuper eiſdem capitulis examinari, nec nocet didiciſſe teſtifi-
cta. Iac.de Bel.in vſib.feud. c.j.§. ſi enim. circa finē. in ti.quid
76 ſit inueſtitura.in x.co. Bal.in concluſio. †Teſtes, qui examinan
tur ad eternā rei memoriam, coram quo iudice debent examina
ri, vide per Ang ff.de tranſ.l.cum hi.§.tranſactiones. De mate
ria horum vide in quodam conſ. Franc. Tig. quod habes ſecun
77 dum in ordine, ⁊ incipit, vt patet. Teſtes †publicati in eternaʒ
rei memoriaʒ pro reo non valent eidē, quia ſignificat quod ſunt
recepti ad finem agendi, ſecūdum Inn.in c.ſignificauit de teſti.
ſed certe finis eſt indiuiſibilis in agendo ⁊ defendēdo, ⁊ ideo va
lēt pariter in vtroqʒ.ff.de iureiu.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſi.ſaluo iu
re opponendi contra perſonas, ⁊ dicta teſtium: cum extra ordi
78 nem ſunt recepti. C.de teſtib.l.ſi. Et no. †quod interdum petit re
cipi teſtes, ille qui non habet actionem, nec habere ſperat, ⁊ tūc
teſtes publicantur, vt ff.de teſtib.l.curent.⁊ C.de vſufruc.l.final.
Interdum petit qui non habet, ſed habere ſperat. Ita loquitur
ff.ad leg. Aquil.l.iij.⁊ in l.in lege Aquilia, ſi deletum. ſed ibi ſpe
ciale eſt qꝛ duo concurrunt ſcilicet odium delinquentis, ⁊ timor
etiam probationum deficiendarum: interdum habet actionē, ſed
eſt timor, ne pereat ex dilatione legali. Sic loquitur ff.de Carb.
l.iij.§.due aūt ſunt cauſe. Interdū habēt nō preſenti exercitio,
tū teſtes ſunt abfuturi, propter qđ ēt poſſunt recipi, ⁊ tūc exami
nantur, ſed non publicant, tunc, ſed poſtea ſuo tempore intra an
num, vt in c.quoniā frequenter. vt lit. nō cōteſ. niſi partes velīt
ſtatim publicari. Ex publicatione tū teſtium non oritur actio
79 de iureiurā.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.pen. †Et an requiratur cita
perſonalis, cum teſtes extra ordinem recipiantur, notatur p
Inno.in c.ſignificauit. de teſtib. vbi omnia predicta dicit in ſu
ſtantia. facit ad hoc vltimum ff.de incen.rui.naufra.l.Pedius,
⁊ l.nequid. non tamen citatus eſt ſemper admittendus ad con
tradicendum.l.iij.§.pen.ff.de bono. poſſeſ. Adde quod not.in l.
iiij.ff.de damn.infect. Ioannes Andre.in ca.preſumitur igno-
80 rantia. de regul.iur.lib.vj.in merculialibus. Adde †etiam quod
dicit gloſſ.j.in l.geſta.C.de re iudicata. quod in apertura teſtium
non ſit neceſſaria partium citatio. Bartol.alibi alleg.illam glo.
que nihil dicit de citatione, ſed de preſentia tantum. Adde
81 †etiam, quod atteſtationes faciunt fidem in alio iudicio, quan-
do ſunt tranſlate in publica monumenta, vt dicta l.geſta.⁊ no.in
l.iij.ff.que in frau.cred. ſecundum Richar. Mal.⁊ que no. Bald.
82 in concluſi. Poſſidens †poteſt petere examinari teſtes ad per-
petuam rei memoriam: ſecus ſi non poſſidet. Angel.in l.ſi quis
libertatem ff.de peti.heredi.§. nam cum quidam. verſic.no.ma-
gis faueri, ⁊c.

50 verſicu.quid ſi publicate ſunt.†Quid,ſi ſtatutũ prohibet ſub
certa pena inducere teſtes, preterquam a principali perſona,
nunquid procurator eos inducit?Bar.quod non in conſi xxvj.
51 incip.ſtatuto ciuitatis Senarum. Et quando†teſtes recipiun⸗
tur parte abſentẽ, intelligitur parti contra teſtes omnis exce⸗
ptio reſeruata.Bart.in l.ſi quando.verſi.quero,quando teſtis.
C.de teſtibus.An ille qui edidit nomina teſtium iudici, poſſit
aliqua detrahere,vide Bal.C.de eden l.edita.

52 SI teſtes †ſunt preſentes,nõ poteſt alij iu⸗
dici committi examinatio Ange.in
53 authen.de teſtib.§.⁊ quoniam. Item poteſt†iudex
mittere notarium cauſe,vel alios de partium volun⸗
tate,ad teſtium receptionem,ſi videretur impeditus, puta ſi te⸗
ſtis eſt infirmus,ita quod cõmode nõ poteſt venire, vt honeſta
mulier,vel alius ſublimis preditus poteſtate vel dignitate vel
egregia perſona. Spe de teſte.§. qualiter autem ſint.verſ. põt
etiam iudex,que commiſſio nõ valet . niſi de partium volũtate,
vt ibi.Circa hoc tamẽ,an pductio,vel examinatio teſtium,poſſit
committi,vltra ſupra dictã diſtinctionẽ, adde aut loquimur de
iure ciuili,aut de criminali. Primo caſu, aut producunt teſtes,
qui proferendo teſtimonium ad iudicem venire non compellũ⸗
tur,vt ſunt egregie perſone,⁊ mulieres,⁊ ſimiles,⁊ tunc poteſt
committi,v[illegible] ij.C.de offic.diuerſ.iud.⁊ ff. de iureiur.l.ad perſo⸗
nas egregias.C.de iura.calũ.auth.principales. Aut producun
tur tales qui poſſunt compelli ad iudicem venire,⁊ ſunt preſen
tes in iudicio,⁊ tunc eorum examinatio cõmitti non poteſt.Sic
intelligitur.§.⁊ quoniam.in auth.de teſtib.⁊ C.de fide inſtr l.iu
dices.⁊ no.in auth. oportet apud eloquẽtiſſimũ. C.de fide inſtr.
⁊ gl.in l.hac conſultiſſima.C.de teſta. Aut loquimur in crimina
li,⁊ non poteſt committi teſtiũ examinatio.ff.de teſt.l.iij.§.idem
diuus,ſiue abſentes,ſiue preſentes ſint teſtes.Et p hoc authẽ.
de teſtib.§.⁊ hic vero q.Vel poſſumus dicere aliter ⁊ probabi⸗
lius q aut cõmittitur teſtium examinatio habenti iuriſdictio⸗
nem,aut non habenti.Primo caſu poteſt fieri.ita loquuntur iu⸗
ra alleg.pro hac parte:ſi non habẽti,nõ vt in alijs iuribus.⁊ vi⸗
de qđ no.ff.quemadmodum teſtamẽta aperi.l. ſed ſi qui ex ſigna
toribus,in gl.ſuper verb.obſignentur.de conſuetudine cõmitti
tur tabellioni,vt no.in gl.in verb.iudicis.in cle.j.de offic.deleg.
Ex predictis apparet quod ex ipſa commiſſione nõ acquirit ſi⸗
deicommiſſarius iuriſdictionẽ. Facit auth.ad hec.C. de iudi.⁊
ff.de excuſ.tu.l.ſcire oportet.in verb.tribunal.⁊ ita exponitur vt
procedat not.gl.ſed receptio teſtium poteſt cõmitti.Bal.in con
54 cluſio.†Sed quid ſi iudex committit notario teſtium examina⸗
tionem ⁊ teſtis accuſatur de falſo,qui teſtis dicit ſe illud non di
xiſſe?Dixit Spe.in ti.de teſte.§.j.verſi. ſed pone ecce, iudex nõ
interfuit.quod nõ creditur notario. Tu dic ſm Cy.C.de fal.l.ſi
quis decurio.ꝙ ſi iudex fuiſſet preſens magis preſumit preſcri⸗
pta argu.l.omnium.C.de teſta.Facit quod no.per Joã.in l.ij.ff.
quemadmodum teſt.aperi.⁊ ibi Bar. Bal.in conclu.Item ille
qui potuit producere teſtes in loco iudicij.⁊ non produxit,ſi te⸗
ſtes poſtea ſe abſentent,non auditur ſi impetrare velit qđ fiat
miſſio ad locum,vbi teſtes morantur pro eis examinandis, vi⸗
de Angel.in l.de die.§.iubetur.ff.qui ſatiſd.cog.

55 TEſtibus productis†intra debitas dilatio
nes poteſt cõtra eorũ perſonas
excipi,⁊ excipit de omnibus inhabilitatibus ſupra
relatis, in quibus tractatur qui a teſtimonio repel⸗
lantur.Si vni teſti obſtat aliqua exceptio,non retardatur pro⸗
ceſſus quãdo eſt probatus per plures. Inn.i c.ſuper eo.j.verſi.
nam ſi negetur debitum.de appel Bal.in l.ij.C.ſi cõtra ius vel
vti.publi.Nam vnus teſtis nõ derogat duobus ergo nec vni eo
rum.q tunc nõ facit ſemiplenam probationem.l.j.§.j.ff.de ven.
inſpi per Jac.de Are.⁊ ibi eſt text.de hoc vbi.ſ. Qualiter autẽ
formentur exceptiones contra teſtem criminoſum,dic vt not.in
l.iij.§.lege Julia.ff.de teſti.de exceptionibus,que opponuntur
in perſona teſtium,dic vt notatur C.de teſtib.auth.ſi teſtis pro
ductus dicatur.⁊ ff.de teſti l.teſtium.in prin.verſi.in primis cõ⸗
ditio.⁊ l.ad teſtium.§.conditionem.ff.de teſt.vbi ponitur forma
talis exceptionis oppoſite contra teſtes poteſt differri poſt pu
56 blicationem.†An exceptio contra teſtes,vel eius probatio ſit
proponenda,vel recipienda ante publicationem teſtiũ vel poſt,
⁊ in quibus caſibus probatio exceptiõis cõtra perſonas teſtiũ
debeat a principio recipi,de his,⁊ predictis,vide dominũ La⸗
57 pum de Caſtellione,extra de teſtib.c.ex parte.Ille,†qui teſtem
produxit,non poteſt opponere cõtra eius perſonam, niſi cauſa
58 de nouo emerſerit.eodem tit.l.ſi quis.⁊ ibi patet ſatis.†Quid ſi
fui proteſtatus cõtra perſonam teſtis quem aduerſarius meus
producebat cõtra me,⁊ teſtis poſtea deponit pro me , an valeat
eius dictum?Inn.in.c.preſentium.in glo.in verbo,proteſtatus.
de teſtib.dicit quod teſti deponenti pro illo,qui fuit proteſtat⁹
contra eius perſonam,non creditur,ſi aduerſarius illam prote⸗
ſtationem ratã habuerit.ſecus ſi noluit,⁊ omnimodo voluit vti
eius dicto contra ſe,q eius dictũ teneretur recipere quod no.⁊
tene menti.Item ſubdit Inn.ibi,qđ contra perſonas nihil po⸗
teſt obijci facta publicatione proceſſus,niſi fuerit proteſtatio fa
cta a principio cõtra perſonas teſtium.Et vide etiam Bar.po
nentem has exceptiones contra perſonas teſtium,in authen.ſi
teſtis productus dicatur.C. de teſtibus. verſi. nota ſecundo.⁊
ſatis patet alibi in locis non nominatis.

59 IUrare †debet teſtis dicere veritatẽ de tota
⁊ plenaria cauſa.quoties interroga⸗
bitur vſq ad finẽ litis,ſeu cauſe:tam ſuper eo, đ quo
interrogabitur vſque ad finem litis,ſeu cauſe,quam
ſuper alio,⁊ qđ ſolam veritatẽ docebit, non miſcens aliquid fal⸗
ſitat: nec aliquid de ſuo adijciet,etiam ſi ſibi bonum videretur.
Item quod dicet veritatem pro vtraque parte:⁊ quod nec pce
nec pretio,nec amore,nec timore,nec priuato odio, ſec⁹ ſi publi⸗
co,vt quia odit opera ſua,nec pro quomodo quod ipſe vel alius
habuerit,vel habere ſperet teſtimonium dicet,ſicut ſcit,⁊ nõ ſi⸗
cut credit. Item,quod nulli partium teſtimonium pãdet, donec
atteſtationes fuerint publicate ſi tamen hoc vltimum nõ iurat,
non tenetur. Item quod dicet veritatem ſuper articulis , ⁊ ſup
tota cauſa.De hoc vide Ang. ff.de petitio.heredi.l ſi quis he⸗
reditatẽ.§.quoties.in gl.vlti.Si vero tractatur, ⁊ inquiritur ſu⸗
per ſtatu eccleſie,duplex eſt forma.Prima quod iuret dicere ve
ritatem de his que ſcit,⁊ credit in eccleſia reformanda,exceptis
occultis.Secunda eſt,vt iuret quod ad inquiſitionem reſpõde⸗
bit veritatem, ⁊ debet iurare aduerſario preſente vel cõtumace,
⁊ tactis Euãgelijs,niſi ſit epiſcop⁹, qui ſolum debet inſpicere.
Uide,quod habetur in authẽ.ſed ſi iudex.C. de epiſcopis ⁊ cle
ricis. Ad preſbyterum ⁊ diaconum mittetur domi ad iurandũ,
cum ſint perſone egregie, l.ad perſonas.ff.de iureiurãdo. Et ſi
agitur cauſa coram iudice laico,iurabit coram epiſcopo. Item,ſi
producens eſt pauper,tunc iudex mittet teſtibus iuramentum,
vel eis dabit expenſas:quia tenetur pauperibus prouidere.⁊ li
cet teſtis ſit religioſus, nõ tamẽ valet eius teſtimonium,niſi ſit
60 iuratus.†An teſtis non iuratus probet? dic quod non,vt no.C
de teſtib.l.ſolam.Si teſtis depoſuit nõ iurat⁹, ⁊ poſtea iurauit,
an valeat eius dictum? Sũt opiniones. Et tene ꝙ ſic,ſi eſt bõe
fame,vt in.Spec.de teſte.§.ſequitur de teſtiuz iuramento, Iura
61 re poteſt†de credulitate etiam ille,qui non vidit, ſi tamen indu⸗
bitanter nouit.Fallit in teſte qui dicit ſe vidiſſe,⁊ preſentem fuiſ
ſe in actu. Innocen.in cap.cum cauſam.de iuramen.calum. ergo
pars,que iurat veritatem etiam non debet interrogari de veri⸗
tate ſcientie:⁊ ſi interrogatur.poteſt dicere,ſcio,quia indubitan
ter noui.ſecus in teſte qui debet reddere cauſam per ſenſum
corporeum. Et ita dicemus geſta ipſo preſente ⁊ vidẽte. Unde
dicit tex.quod in teſte requiritur preſentia ⁊ memoria. ff.de fur.
l.quidam tabularum.⁊ in l quidam in ſuo teſtamenio.ff.de cõd.
62 inſtitu.⁊ C.de teſt.l.teſtium.⁊ hoc dictum†Inn.dominus meus
Narbonẽſis Cardinalis allegat quod ad hoc vt eccleſia poſſit
arma ſpiritualia,⁊ eternalia exercere,ſufficit quod habeat iuſti⸗
tiam veritatis indubitanter,licet non probibeat iuſtitiam pro⸗
batam,quia procedit eccleſia vt pars,que ſufficit quo ad funda⸗
63 mentum †Teſtis,qui iurat dicere puram, ⁊ meram veritatem,
nil poteſt addere,vel mutare ſponte ſua.Innoc.in capitu. cum
dilectus.de accuſa Adde quod tunc deponendo per famam nõ
probat dictum ſuum. quia ille qui non fuit in facto , ille non po⸗
teſt ſcire veritatem.Unde ſcire per famaz,,non eſt ſcire,ſed opi
nari.Uide gloſſ.no.in verbo decidi oportet.in l.bonefidei.C.de
reb.cre.ibi ſed quid ſi non interfuiſſet facto, ſecundum Bal.ibi
teſtis debet eſſe iurat⁹,⁊ vbi iudex non poteſt procedere omiſſa
ſolemnitate,quia debet cõſtare de facto,de quo non videtur cõ⸗
ſtare niſi ſit iuratus,vt eſt glo.in Cle.ſepe de verborum ſignifi⸗
catio.⁊ l.filius.ff.de dona.⁊ l.diuus.ff.de teſtamẽ.mil. Bal.in l.
64 preſbyteri.C.de epiſcop.⁊ cle.Teſtis,†qui iurat non tactis ſcri
pturis,poteſt puniri ſi dicat falſum. Bald.in cap.fraternitatis.
de teſtibus.Et an preſumatur quod tetigit, not.in capitulo, vt
65 circa.de electio.in vj.Si teſtis † iurauit vna die , ⁊ alia die de⸗
poſuit debet edi dies depoſitiõis,quia licet depoſitio trahatur
ad tempus iuramenti.illud eſt verum , niſi aliqua ratio impe⸗
diat iſtam retardationem,vt ſi eſſet datus terminus ad proban
dum vel probatum habendũ.Bal.in l.ij.ver.item facit ad aliud
66 C.vt lit.pen.Teſtis†poteſt compelli per ordinariũ vt iuret co⸗
ram eo.Bal.in c.j.in ver.cõpellant.ſi de inueſt.int.do.⁊ vaſ.li⸗
ori.⁊ ibi in ver.extra quero nunquid,⁊c.ponit nũquid teſtiũ re⸗
ceptio poſſit cõmitti.quorũ dicta ſunt caute remittenda. Et vt
67 ibi patet.†Si teſtis iurat dicere veritatez ſuper articulo quate⸗
nus dicit extra,nõ valet ꝙ nõ iuratus deponit.l.iuriſiurandi C.
de teſti.niſi illud,qđ deponit,eſſet de appendicijs articulo⁊.vt

dic quod non.iiij.q.ix.c.teſtes ⁊ facit c.ſi quis §.abſens.de elect.
in vj.Nam iudex debet audire vt videat qua fronte, qua trepi-
datione loquatur,vt l.de minore.§.per tormēta. ff.de queſtioni.
⁊ no. Inn.in c.quoniam contra falſam.de proba. Que tamē ra-
tio non concludit in ciuili, ſed criminali, cum in ciuili iudex ex-
aminationem teſtium poſſit alij cōmittere.Unde vbi eſt diuerſa
ratio ſcripture,⁊ viue vocis,non producit eundem effectum li-
tera,⁊ viua vox.in his vero ſecus: q̃ idem eſt effect⁹ exprimere
per literas,⁊ per nuncium,⁊ ſic per viuam vocem, l.conſenſu.ff.
de act.⁊ oblig.quod no.in c.decernimus.de ſentētia excommu.
Angel.ī cōcluſio.⁊ vide,quod no.Inſti.de teſta.§.teſtes Not.
61 vlterius,†ꝙ teſtes,non debent examinari ſuper articulo,ſuper
quo non ſunt inducti.l.ſi duo patroni.§. idem Julianus.ff.de
iureiurā,per glo.in verb.non probare. ⁊ doct.ibi.Item nec de-
bēt iurare,niſi de eo ſuper quo ſunt inducti.niſi in caſibus qui-
bus iudex poteſt ex officio examinare,vt ff.de cōdi.ob tur.cau.
92 l.idem ſi ob.§.ſi tibi ob indicium. Non† tamē dicitur deponere
extra articulum,ſi deponit ſuper depēdētibus,⁊ connexis, vel
ſuper concomitantijs, ſuper loco: ⁊ tempore. dic vt ibi not.
Inn.de teſtibus.c.per tuas.⁊ in Specul.eodem tit.§.ſequitur.
93 verſi. illud autem notandum.Articulus†tamen nō eſt de ſub-
ſtantia probationis,quia valet dictum teſtis quod deponit ſu-
per libello,ſi articuli non ſunt formati.vt no.Archi.in c.preſen-
94 tium,in verb.interrogatoria,de teſti.lib.vj. Sed†quid ſi teſtis
deponit verum in articulo,extra articulum deponit falſum, an
vitietur eius dictum? Dic,quod non.quia nō eſt periurus,cum
extra articulum deponat non iuratus,⁊ vide per Inn. in capi.
fraternitatis.in prin.de hered.⁊ per Cynum in l.j. verſi. quidā
fecit falſum.C.de ſepulchro violato.⁊ per Jacob.Butr.in l.Lu
95 cius.ff.de infami.Angelus in conclu. Licet coram iudice, vel
extra iudicium teſtis dicat ſe nō inter fuiſſe, tamen iudex ex iu-
riſdictione,quam habet in teſtem,cogit illum ad deponendum
veritatē,⁊ ſtatur depoſitioni.in vſib.feud.quid ſit inueſtitu.ca.
primo,verſi.nam ſi inſtrumentum.iuncta glo.ibi,in verb.domi-
no cogente.licet Bar.videatur dicere contrarium in l.eos qui.
96 ff.de fal.Item†tres non poſſunt inuiti cōpelli ad teſtimonium,
puta ex forma ſtatuti vel legis,vt ſunt ille perſone, que enume-
rantur in l.iij.§.lege Julia.⁊ l.ſeq.ff.de teſti.Si deponunt volē
tes,debent redigi eorum dicta in ſcriptis, ꝙ voluntarie depo-
nunt,argu.auth.preſbyteros.C.de epiſ.⁊ cler.ibi,in ſcriptis de
clarauerunt.Alias ſi non fierent preſumerentur inuiti depone-
re illi qui obſequuntur imperio magiſtratus.ff.de reg.iur.l.non
videtur.§.j.⁊ optime probatur per tex.d.auth. Ang.in cōclu. ⁊
Bar.per bal.in d.auth.licet teſtes debeāt deponere ꝓ vtraqꝫ
parte.C.de epiſ.⁊ cle.auth.ſed iudex. Item periurare ꝓ vtraqꝫ
parte debet de veritate dicenda vt l.is apud quē.C.de eden.in
gl.in verbo.exhiberi in med.⁊ C.de hereti.l.quoniam in fin.⁊ C
97 de queſt.l.interrogari.ff.de proba.l.cum probatio.cum†tamen
ad teſtes mittuntur,puta quia ſunt perſone egregie deb et fieri
expenſis producētis,vt in c.mulieres.de iudi.lib.vj. Similiter
cum teſtis venit ad iudicem de longinquo.iiij.q.iij.can.ſi teſtis.
§.venturus.⁊c.ſtatutum.§.preferendo.⁊ ibi gloſſ.not.in verbo,
expenſas.de reſcriptis libro ſexto. Ange. in concluſio. teſtium
98 †dicta debent ſcribi, alias non valet ſententia. Ergo per iudi-
cem ⁊ per tabellionē non poſſunt probari dicta teſtium. Bal-
dus in l.prolatam.verſiculo in glo. conſcribantur.C.de ſenten.
99 ⁊ patet.†Teſtes debēt examinari ſup interrogatorijs,⁊ ſi non
reſponderunt ſecundum ea,que ibi articulātur,non proderunt
producenti,⁊ ideo pars ſit cauta quod ante interrogationē pe
tat interrogatoria redigi in actis. ⁊ copia ibi fieri, vt ſic videri
poſſint.an ſint examinati ſecundum interrogatoria,extra de te-
ſtibus.cap.cum cauſam.ſuper gl.de cauſis.in nouel.Aut autem
interrogatoria poſſint emēdari,vide bal.in l.edita. C.de eden.
in repet in verſi.interdum contingit.Teſtes qui nō interrogan
tur ſecundū formam interrogatorij, habentur pro nō receptis.
Bar.in ſuo con.clxxxviij.quod incipit, ſtatuto caſtri.⁊ in capi.
preſentium.§.teſtes.de teſtibus.in gl.que incipit,interrogato-
ria.in vj.ſuper quo conſuluit Joā. And.in nouella, quod poti⁹
ſiunt ſuperflua,quam omittantur neceſſaria.Et eſt vtile,quia ſi
dolo vel malitia,vel negligentia omiſerunt interrogare,repetū-
tur poſt publicationem.¶Sed ſi nō fuerint facta interrogato-
ria,iudex ex ſuo officio faciat alia, de quibus in ca.cum cauſam.
de teſtib.Et an valeat dictū teſtis nō interrogati de cauſa ſcien
tie,vide in nouella, in dicto capi. preſentium. Angelus in con-
100 cōcluſionibus ſuis.†Teſtimonia autē iudiciaria dicūtur duo-
bus modis.¶Primo,quando de negotio,de quo modo agitur
non fuerunt teſtes a principio adhibiti,ſed modo producuntur
teſtes a principio adhibendi,vt quia eſt factum furtum vel iiu-
ria.Alio modo: quando teſtes teſtificātur de his, que fiunt in
iudicio: puta. litem fuiſſe conteſtatem, ſententiam eſſe latam.

nam tales teſtes dicuntur iudiciales. Cyn in l.quoniam.C.de
101 hereti.†Teſtes ſeniores preferuntur iunioribꝰ. ff.ſi cert.pet.l.
cum quid.in glo.in verb.nouū quod eſt verum in dubio.ſecus ſi
cōſtet de iunioribus,quia etati preferuntur,vt in aut.de mona.
§.fi.⁊ facit.ff.de fide inſtru.l.fi.⁊ l.nulli.ff.qđ cuiuſque vni.nomi.
⁊ ff.de libe.⁊ poſthumis.lege,Gallus.in prima gl.⁊ ꝑ Inn.in c.
102 primo,de maio.⁊ obedien.vt patet. Inſtruere†teſtes qui inter
fuerunt negotio,vt plene, ⁊ aperte verba dicāt. nō eſt peccatū.
Et ſi interrogantur an fuerint inſtructi, ⁊ dicant quod non fue-
runt inſtructi dicunt falſum non ſunt periuri, quia intelligun-
tur de illicita inſtructiōe.bal.in l.fin. verſi.⁊ ſi teſtes. C.ſi ex fal.
inſtrumen.⁊ in authent.at qui ſemel.C.de proba.⁊ per Goffreā
titu.de ſenten. Sed an valeat teſtimonium ſi teſtes inuicē ſe in-
ſtruunt,vide quod no.Inſtitu.de teſtā.§.teſtes autem.Teſtes
103 †ſuſpecti debent interrogari de circūſtantijs. Ang.in co.de te-
ſtibus.§.vt liceat.Teſti ſubrogato ad actum inchoatum loco al-
terius teſtis,cui aliquis caſus contingit, debent narrari omnia
ante geſta,⁊ ipſe debet interrogare alios teſtes vtrū ſint geſta
in eorum preſentia,⁊ deponere vtrū ſic depoſuerit,⁊ poſt reſpō
ſionem affirmatiuam actus debet cōſummari,vt no. C.de teſta.
l.cum antiquitas.⁊ vide gl.in ver.remiſſuz eſt l.caſus.C.eo.licet
alias in teſtamentis teſtium ſolennitas ſit indiuidua, vt ff.de
teſtib.l.qui teſta.§.fi.⁊ l.heredes palam.§.fi.Et debent audire ⁊
videre teſtatorem,alias non valet teſtamentum.C.de teſta.l.ſi
104 non ſpeciali.†An autē poſſit quis de facto ſuo teſtificari,vide
Inno.in c.nō ſine.verſi.item nec iudex.de arbi.⁊ l.deferre.§.fi.ff.
de iure fiſci.⁊ ibi eſt tex.no.Itē non poteſt quis deponere in cau-
ſa,de qua ſentit commodum.C.de teſtib.l.omnibus. Fallit ſi nō
ſentit principaliter,ſed per quandam conſequentiā.C.de teſta-
men.l.dictantibus.ff.de teſta.l.qui teſtamēto.in princip. Infra
eod.tit §.legatarij autem.Uel dic quod ſiue principaliter, ſiue
incidenter ſentiat commodum,dummodo neceſſarium nō ad-
mittitur,vt dicta lege,omnibus ſecus ſi dependet ex volunta-
alterius,dicta lege,dictantibus. ⁊ l.qui teſtamēto.in princip.
Nam in dictis iuribus dependet ex voluntate alterius ſcilicet
heredis,vtrum ſciuerit commodum. Nam licet heres declarat
teſtamentum aliquod,tamen poteſt eſſe quod non adiuit here-
ditatē.nec donec inſpiciatur de viribus teſtamenti poteſt adiri
hereditas,vt nota.ff.de acquirend.hered.l.is qui.⁊ ſi is ad quē.
105 †Et cum quis interrogatur de facto ſuo, dicitur reſponſum,
non teſtimonium.iiij.queſtio.iij.cano.ſi teſtes.vbi gl.⁊ vide bar.
in conſilio ccix.aut teſtamētum eſt factum in ſcriptis,⁊ poterit
legatarius teſtificari: q̃ non deponit de veritate, ſed de ſolen-
nitate.Sic intelligitur dicta lex. qui teſtamēto.⁊ dictus.§.lega
tarijs.Aut eſt nuncupatiuum,⁊ tunc cum nō habeat deponere
de veritate,non admittitur.ff.de teſtibus.lege,nullus idoneus.
tamen bene valet de ſe,ſi poſſit probari. Si vero non poſſit pro-
106 bari non deficit ius, ſed probatio. †Teſtes repeti interdum
poſſunt,de quo vide ff.de queſtio.lege, repeti.⁊ per Angelū in
authentico,de teſtibus.§.⁊ licet. In iudicio ordinario poteſt iu-
dex ex officio ſuo poſt publicationem teſtium illos repetere,vt
declarent,non vt addant,Barto.in dicto conſilio clxxxviij.Te-
ſtes in diuerſis inſtantijs poſt didicita teſtificata ſuper eo-
dem facto poſſunt repeti. Angel.ff.de furtis l.quidam tabula-
107 rum. †Declarare vel corrigere vel interpretari dictum
ſuum,an poſſit teſtis, vide omnino Specula.de teſte.in prin-
cipio. verſiculo,item quod teſtis obſcure,⁊ per Godofredum.C.
de teſtibus.lege,ſi quando,ad finem gloſſ.final. Et non poſſunt
variare, ⁊ dicere alio modo, vt in l.quicquid aſtringende.ff.de
verborum obligationibus. per gloſſam ⁊ Bartolum verſicu-
lo, ⁊ iſtum textum cum iſta. Aduertendum tamen, ſecundum
eum quod ſi teſtis incontinenti antequam primum dictum ha-
beatur pro perfecto, ⁊ completo nihil declarare poteſt, q̃
non videtur depoſuiſſe. C. de fide inſtrumentorum.lege, con-
tractus. Facit quod notat Specula. de teſte.§.primo, verſi-
culo, quid ſi dicit. ⁊ vide.ff. de adulter.lege, ſi poſtulauerit.§.
108 iubet lex. Sed †nunquid iudex poſtquam eſt concluſum in
cauſa, poterit iterato teſtes interrogare? Uide per dominum
Dynum in authentica,qui ſemel.C.quomodo ⁊ quando iudex.
109 Quando quis†fungitur officio teſtis, ⁊ officialis etiam ex
interuallo poterit dictum ſuum corrigere: ſecus, ſi teſtis tan-
110 tum. Angelus in concluſione. ⁊ in conſilio xvj. †An ſtetur
primo vel ſecundo dicto,quando teſtis variat,vide Bartolum
diſtinguentem in l.eos,qui.⁊ pro declaratione.ff.de fal.⁊ bal.in
c.j.§.ſi enim.quid ſit inueſtitura.in feud.Et ſi primo dixit ſe nō
recordari,ſecundo dixit ſe recordari,ſtatur ſecundo dicto. Ang.
ff.de furt.l.quidam tabularum. Quid ſi teſtis dixit vnum extra
iudicium,⁊ aliud in iudicio,cui dicto ſtabitur, ⁊ an punietur de
falſo? dicam ī.in materia falſorum teſtium.⁊ vide gloſſam fi.in c.
cum cauſam.de teſtibus.⁊ dixi ſ.in §.ſi teſtes citati non veniunt.

111 Si teſtis †dixerit ſic, imo ſtatur vltimo dicto, ⁊ valet, ff. de here
dib. inſtitu. l. ſi ita fuerit Titius. Teſtis, qui dixit heri. non cre-
do, vel neſcio, poteſt hodie dicere, ſcio vel credo. Bald. in ca. j. §.
notandum in titulo quot ſunt teſtes neceſ. in feud. ¶ Item ſi di
xit neſcire, ⁊ ſi poſtea examinatus dicat ſe ſcire, quia melius re-
cordatur nunc quam tunc, valet dictum ſuum quod eſt verum, ſi
antequam locutus ſit cum parte, ſecundo examinatur, alias ſe-
112 cus, vt nota. in d. auth. de teſtibus. §. quia vero. †Teſtis exami-
nat⁹ in iudicio depoſuit ambigue de Sticho, ⁊ nõ dicit de quo,
nũquid interpretari poterit. De quo diſtingue, vt nota. dixit
textus ⁊ ibi per Bartolum in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichũ.
verſi ⁊ iſta lex facit. ff. de verbo. obliga. Aut in iudicio oritur du
bitatio circa verba, ⁊ tunc aut ſunt prolata ab aliquo ex ĳs
quorum perſona principaliter ſubſtentatur: aut ſunt prolata a
quodam alio. Si ab vno, ex his ſemper interpretatur pro eo, vt
dicto §. ſi Stichum. ⁊ i l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi.
ſiue ſit actor, ſiue reus. ⁊ per Hyn ⁊ gloſſam in capi. contra eũ.
de regulis iuris, libro ſexto. Quandoque verba ſunt prolata ab
alio quam ex litigatoribus, vt in teſtamento, vel defunctus eſt
aliquis, qui protulit verba ſucceſſionem habẽta, ⁊ tunc aut vis
facere interpretationem cauſa euitandi aliquam contrarieta-
tem, vt eſt caſus in c. cum tu. de teſtibus. ⁊ in prima cõſtitutione
Codicis, in §. quibus. Aut non vis facere aliquam interpreta-
tionem cauſa euitandi aliquam contrarietatẽ, ſed vt proſit alĳ,
vel propter aliquam aliam cauſam, ⁊ non poteſt fieri. Sed illud
verbum dubiũ non valet, vt in cap. in preſentia. de probat. ⁊ in
gloſſ. d. §. ſi Stichum, ⁊ in l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumen
tum. in ſi. ff. de rei vẽdi. Aut inſurgit dubietas circa aliud quam
circa verba, ⁊ tunc aut loquimur in his, que pertinẽt ad litis or-
dinationem ⁊ tunc ſi actor inſtat, in proſequendo fauetur acto-
ri, vt in l. de die. in prin. qui ſatiſd. cogan. Si vero non inſtat,
tunc debet faueri reo, l. ſi ea que. C. qui accuſa. non poſ. ⁊ l. prope-
randum. §. ⁊ ſi quidem. C de iud. Aut in his, que pertinẽt ad li-
tis deciſionem, ⁊ tunc ſit interpretatio pro liberatione. l. Arria-
nus ff de actio. ⁊ oblig. l. lege Iunia. ff. de manumiſ. Unde dicit
Bartol. in d. §. ſi Stichum. quod intentio dubia debet decla-
rari probationibus. Nam ſi probatio dubia eſſet, interpretatio
fieret contra eum, vt dictum eſt. Licet enim poſſet dicere, ſic in-
telleri in libello, non tamen poteſt dicere, ſic intellexit teſtis. Et
ſic debet intelligi iſtud dictum Angeli in cõcluſiõe. Licet enim
in dubio interpretatio atteſtationum fiat contra producentem,
vt extra, de proba. c. in preſentia, tamen quando dicta teſtium
poſſunt coadiuuari, ⁊ ſecundum interpretationem legis concor
dari, ⁊ conteſtes dici, debet hoc fieri, vt notat Inno. in c. Cuma-
na. in ſi. de electione. ⁊ in c. dudum. de electioni. §. j. eodem tit. fa
cit l. cum de etate. ff. de probationibus.

113 TEſtes magis †idonei requiruntur in crimi-
nalibus quam in ciuilibus, vt in c. me
diatores. de teſtibus in vj. concordat c. teſtimonium.
eo. titu. in antiq. Nam in criminalibus probationes
apertiſſime requiruntur, v. q. vj. Epiphanium ĳ. q. viĳ c. ſciant
cuncti. ſtrictius eſt agẽdum, vbi agitur de ſalute hominis. C. de
appellationibus. l. addictos. Hinc eſt in cauſa criminali etiam
ciuiliter mota propter bonam preſumptionem, quã actor hʒ p-
ſe, non eſt iuramentũ deferendũ in ſupplementũ probationis,
ſecus in ciuili, vt in gl. no. in verb. probata. in c. tam literis de te-
ſtib. ⁊ not. Bar. in l. maritus. verſ. vltimo quero. ff. de queſtioni-
bus. ⁊ hoc qđ not. in c. veniens. el. j. de teſtib. vbi dicitur, ꝙ vn⁹
teſtis cũ fama in criminalibus non ſufficit. Item magis exacta
probatio requiritur, cum agiṫ de crimine criminaliter quã cum
ciuiliter, vt in d. c. mediatores. de teſt. Accedit enim cauſa crimi-
nalis ciuiliter mota, ad materiam cauſe ciuilis quo ad aliqua de
procu. c. tue. ⁊ qđ no. extra de iudi. c. at ſi clerici. in glo. Quando
autẽ in crimine dicatur agi ciuiliter, ⁊ qñ criminaliter, dic vt not.
in l. nunquã plura. ⁊ ff. de priua delic. per Bar. ⁊ Inno. in c qua
114 liter ⁊ quãdo. de accu. ⁊ Ange. in cõclu. † Teſtes in cauſa crimi
nali ſubĳciuntur tormẽtis, ſi res exegerit. C. de fide inſtru. auth.
apud eloquentiſſimũ. in ſi. ⁊ ſic videtur arg. econtrario ſenſu qđ
in ciuilibus nõ ſit locus torture qđ limita ſʒ Bal. eſſe verũ niſi
teſtes ſint poſiti in dignitate. nã tunc ſi non eſt vilis cõditiõis
non torquetur in cauſa ciuili. l. diuus. ff. de qđ. niſi inueniatur va
cillare, l. ex libero. eo. tit. in gl. in verb. nõ vacillãte. Teſtes autẽ
viles torquentur in tribus caſibus. ſcʒ in duobus ſupra dictis, ⁊
cum feſtinant teſtimonium ferre. vide Bal. in auth. Itẽ teſtis
vacillans in cauſa ciuili poteſt torqueri. Ang. in l. quoties. C. de
naufra. lib. xj. Ad torquendũ autem teſtes requiruntur eadẽ in-
dicia, que in reo. Bart. in l. vnius. §. iudex. verſi. ſecũdo quero. ff.
de queſtio. In cauſa inquiſitionis, an poſſint teſtes examinari
parte non citata, vide Ang. in l ſi vacantia. C. de bo. vacã. lib. x.
Teſtis in cauſa inquiſitionis non debet deponere de occultis,
ſed de illis vbi clamor aliquis preceſſit. Et ſi de occultis depõit
non eſt propter hoc reus puniendus. de accuſ. c. qualiter. j. in gl.
115 pen. ⁊ i c. accedens. eo. tit. †Vacillantes i teſtimonio poſſũt tor
queri pro veritate eruenda, in Spe. de teſte. §. nunc tractandũ.
verſ. conſiderare etiam debet. Et quãdo teſtis vacillat, debet no
tarius de mandato iudicis hoc ſcribere, ſecũdum Inn. in c. quo-
niam contra. verſi. delegationes autẽ. de proba. Itẽ ſi trepidãt
vel mutãt colorem in facie. qr omnia iſta indicia ſunt ſigna falſi
teſtimonĳ, hoc tamen totum relinquitur arbitrio iudicis inqui-
rendum ex alĳs coniecturis, nõ ex ſolo pallore vel trepidatiõe,
l. de minore. §. tormẽta. ff. de queſtio. Econtra, teſtes q ex forma
ſtatuti non poſſunt reprobari, non poſſunt inquiri. in conſ. vĳ. ꝙ
116 incipit, dixii Ol. †ꝙ euaſit quendam accuſatum, contra quẽ erat
probatum ꝙ cõmiſerat maleficiũ de nocte, ⁊ teſtes depoſuerũt
ſe vidiſſe per crepuſculũ lune, illa nocte nõ fuit lumẽ lune, ⁊ ido
non poterãt vidiſſe, ⁊ ſic fuerũt reprobati naturali ratione, ſm
Bal. in c. j. §. porro ſi dominũ. verſ. propterea dñs. in princ. que
117 fuerit prima cauſa beneſi. amit. Bal. in cõclu. An †teſtis qui di
cit, cognoui occidentẽ ſed nõ occiſum, pbet: dic qđ ſi i inquiſitio
ne ſit mentio de certo occiſo, nõ pbat, alias ſic. ĳ. q. vj. can ei, qui
appel. §. ſi quis libellos. bal. C. q accuſare nõ poſſunt. l. data ope
ra. Sʒ quid ſi dicat cognoſco perſonam malefactoris, ſed neſcio
ei⁹ nomẽ, vide Ang. ff. ſi ex noxa cauſa agaṫ. l. j. verſ. no. ꝙ teſtis.
118 †Qualiter teſtes de adulterio probent vid Ang. ff. de adul. l. ꝙ
ait. pone, Titius accuſatur de inceſtu, modo duo teſtes pbãt cõ
ſanguinitatẽ tantũ, nõ cognitionẽ carnalẽ, queriṫ an ſit probatũ
maleficiũ, in quo requiriṫ vtrũqʒ coniunctim probari: Ueritas
eſt qđ facta eſt pbatio ex cõiunctione capitulorũ, ⁊ teſtiũ. caſus
in ratione ſui eſt in l. Gallus §. ille caſus. ff. de libe. ⁊ poſth. gl. in
verb. inducere legẽ ſm bal. q põit iſtã. q. in d. §. ille caſus. verſ. ⁊
eſt validiſſimũ argumẽtum. vbi omnino vide. Et ſubſequenter
119 †ponit arg. q ſi vnus teſtis probat veritatem, ipſe idem, ⁊ alius
probat famã, ꝙ cõmiſtis his probatiõibus, ſit efficax probatio
facta in cauſa ciuili, per gloſſam que eſt in l. iĳ. §. diu⁹. ff de teſti.

120 DE publicatione Teſtium vidẽdũ
eſt. †Nã poſt exa
minatiõnẽ ſunt teſtes publicandi. Fit autẽ publica-
tio partibus preſentib⁹ vel abſentib⁹ citatis tamen
Nam iudex exhibitis ſibi teſtium dictis illa leget in toto vel in
parte per ſe, vel p notariũ. Et demũ dicet, habeanṫ p publicatis
vel publicate, ⁊ tũc redigeṫ in ſcriptis, vt i Spe. de teſte. §. ſatis
vtiliter ⁊ compendioſe. in prin. ⁊ ibi ponitur forma, qualiter pu-
blicatio debeat redigi in ſcriptis. ⁊ vide. l. ſi. C. de re iudi. Publi
121 catio †Teſtium non poteſt peti ab eo, qui eos nõ produxit, licet
ſua interſit. Inn. in c. conſtitutus. vbi Io. de Imol. ext. de teſti.
Bal. in rubrica de controuer. inueſti. ⁊ per Inn. in c. conſtitutus
extra de appella. ⁊ ibi videtur variare. Si vero ſi omittatur pu-
blicatio teſtium, non redditur iudicium nullum, Bal. in eo. tit. ſi
de inueſti. inter do. ⁊ vaſal. lis oriaṫ. c. j. verſ. concludẽdo dico, ⁊c.
122 Sed nunquid †facta publicatione teſtium de conſenſu partium
poterit contra teſtes oppo. Ang. quod ſic in auth. ſi quis in ali
quo. C. de eden. ⁊ ibi per Bal. ver. vlti. reſtat. vbi ponit que req
rantur in publicatione, eius. quod eſt in mente teſtium, dic vt ibi
patet. An ſit neceſſe quod iudex pronuntiet dicta teſtium vale-
re, ⁊ fidem eis adhibendã, vide per Bal. ⁊ Ang. in d. aut. ſi quis
in aliquo.

123 PUblicatis atteſtationibus †regulariter nõ
poſſunt amplius teſtes produci
poſt didicita teſtificata. Fallit in pluribus caſibus, vbi
poſſunt produci poſt didicita teſtificata. Primus ſi inter alias
perſonas agitur. Secundus, ſi ſit diuerſus modus agendi. Ter
tius ſi ſit nouus articulus diuerſus ex veteri. Et quãdo dicatur
nouus articulus, vide in Spe. de teſte. §. ſatis vtiliter. verſ. illud
autem notãdum eſt. Quartus, ſi prime atteſtationes ſint amiſſe
Quintus, ſi mutaṫ iudiciũ. ⁊ illud velit is, cõtra quẽ pducantur,
Sextus, ſi cõfuſe ⁊ obſcure depoſuerũt. Septim⁹, ſi teſtis ſynoda
lis depoſuit corã capitulo, ⁊ deponit iterũ corã delegato. Octa-
uus, ſi examinator neglexit interrogare ſup articulis ſibi datis.
Nonus i cã matrimoniali ſm quoſdã indiſtincte. Decim⁹ ſi deṫ
in integ. reſt. vt iterũ pducaṫ. Undecimus. in abſentia pbanda ⁊
in cauſa appellationis. Duodecimus. i crimine falſi. Tertiuſde
cimus, in adiectiõe pvalore, ⁊ deceptione. Decimuſquartus. qñ
nõdũ didicit teſtificata, lʒ ſũt teſtes publicati, vt ſ. dixi cũ tracta
bamus de tẽpore pducẽdi. Decimuſquintus ſʒ quoſdã, ſi iudex
indiſcrete publicauit. Decimuſſextus, ſi teſtes ſunt recepti ad
ppetuã rei memoriã. Decimuſſeptimus, ſi princeps id expſſe p
ſuũ reſcriptũ cõcedat. Decimuſoctauus in cauſa inquiſitionis ⁊
in pductiõe teſtiũ reprobatoriorũ. Decimuſnon⁹, qr publicatis
atteſtationibus põt excep. perẽ. op. ⁊ pbari. Hos caſus enume
124 rat, Spe. in ti. de teſte. §. ſatis autẽ. †nec in cauſa principali. nec

in cauſa appellationis poſſunt produci, tunc ſuper nouis arti-
culis quando teſtes iurauerũt dicere veritatem ſuper tota cau-
ſa. Imputatur enim parti, quaſi omnia capitula non preſentaue
rit, de quo per Inn. in c. fraternitatis. de teſtib. ⁊ per Ange. C.
de temp. app. l. per hanc. vbi examinat materiam iſtã. Ideo non
poſſunt teſtes produci poſt didicita teſtificata, vt i auth. at qui
ſemel. C. de proba. ⁊ l. ij. C. ſent. reſcin. non poſ. in gl. in verb. fera-
tur, q᷑ timetur ſubornatio. qδ eſt verum ſuper eiſdem capitulis.
ſuper aliĳs poſſunt teſtes produci, q᷑ nõ eſt timor ſubornatiõis.
125 Ita tȝ Bart. in d. auth. † Item dixit Inn. in c. vltra tertiã ij. de
teſti. quod ſi per culpam iudicis teſtes non fuerunt recte exami-
nati quod etiam publicato proceſſu teſtes noui poterũt produ-
126 ci, ⁊ iterato poterunt examinari. † Sed poteſt queri nũquid de
voluntate partiũ poſſent admitti teſtes poſt didicita teſtificata
Bar. in d. auth dicit quod ſic, ⁊ alleg. no. per Jo. And. ĩ d. c. fra-
ternitatis. de teſtib. In contrarium videtur dicendum qδ iſtud
non eſt introductum in fauorem partium, ſed ob publicum fauo
rem, ne falſitates cõmittantur, ⁊ ideo tali fauori partes renun-
ciare non poſſunt, vt l. quos prohibet. ff. de poſthu. ⁊ ita tȝ bald.
in dicta auth. Ange. in concluſion. Quando teſtes vtriuſq; par
tis ſunt examinati, aliĳ non, vel ex ordine dato a iudice, vel par-
tium poſſunt poſt didicita teſtificata produci. Bald. vbi ſupra.
127 Teſtes † poſſunt produci poſt didicita teſtificata, ſi primi dixe
runt nil ſcire vel non recordari. ⁊ idem in cauſa appellationis.
Bal. in c. j §. ſi enim. quid ſit inueſtitura. in vſib. feud. ⁊ vide qδ
not. in l. ſi. §. ſin autẽ dubius. in gl. ⁊ ibi per Cy. C. de iure delib.
128 Poſſunt † teſtes produci ad probandum exceptionem poſt pu
blicatum proceſſum, niſi eſſet lapſus terminus ſtatutus ad pro-
bandum. Angel. in auth. at qui ſemel. C. de probat.
129 TEſtibus examinatis † ⁊ publicatis, q᷑ eo
rum dicta debent neceſſario cõ
cludere ad hoc, vt plene probent. l. non hoc. C. vnδ
cog. extra. de probat. c. in preſentia. ⁊ C. de teſtib. l.
nullum. quod vt fiat, eſt neceſſe quod aſſignent cauſam ſui dicti
neceſſario concludentem, vt in dictis iuribus, ideo circa reddi-
tionem cauſarum vidẽda ſunt. Quid ergo, ſi teſtes dixerunt ali-
quid eſſe verũ, qualiter intelligatur. Vide Ange. ff. δ peti. here.
130 l. pro herede. verſi. no. ꝙ verũ, † Teſtis dȝ redddere rationẽ ſui
dicti per eũ ſenſũ, per quẽ percipit id, de quo teſtificatur. Inn.
131 in c. cum cauſam. in gl. de cauſ ij. de teſtib. Sed Pia. dixit † quod
in quolibet actu corporeo ſufficit reddere cauſam per viſum, vt
no in l. ij. C. de error. aduocat. vbi in cauſa auditus reddit ratio
nem viſus, vt ibi Cy. refert. Qualiter teſtes debẽt loqui ad pro-
band im negatiuam directo, quoniam viſus pro omni ſenſu cor-
poreo accipitur largo ſumpto vocabulo: apertius tamen depo-
ni per nomen propriũ illius ſenſus. Facit quod no. ff. de acqui.
poſ. l qδ meo § ſi vẽditorẽ. in gl. in verb. nõ minus. Unde illud
vocabulum viſus, qñq; ſumitur pro viſione, quam ſancti faciunt
in ſpiritu Unde in diuina ſcriptura ſcribitur, Opus eſt intelli-
gentia in viſiõe. Et ſanctus Paulus in epiſtol. ad Ro. c. vij. di-
cebat, video autẽ aliam legẽ in membris meis repugnantẽ legi
mentis mee, i. ⁊ eam in mẽbris meis ſentio, ⁊ cognoſco per ratio
nem ⁊ ſenſum, Si teſtis per verbũ vidi, refert ſe ad ſenſum, pro-
bat, vt cũ dicit, vidi ſi. Si autẽ refert ad oculum mentalẽ vel in-
tellectualẽ vt, q᷑ dicit teſtis, ſic videtur mihi. non enim probat
cum dictum ſit dubitatiuum magis quã ratio dicti, vt no. ff de
arbi. l. diẽ proferre. §. pen. Et teſtis debet eſſe ſenſatus ſenſu cor
poris, ſunt autem ſenſus quinque vt notatur in d. l. quod meo.
⁊ debet teſtis habere intellectum, vt id qδ corpore videt mente
intelligat id qδ ſcit. Nam vt ait Ariſtoteles, in problematibus,
Intellectus videt intelligẽs audit. Oportet enim nimiã fanta-
ſiam ſpeculari, cũ inter ceteros ſenſus viſus ſit nobilior ⁊ verius
viſus predicatur ab omni ſenſu, vt dixi largo modo. vnde qui au
diunt. ſi ſic dicit, q᷑ vidi, ſcio, ſaluatur eiꝰ dictũ, vt not. Jo. And.
in c. teſtimoniũ. de teſtib. in antiq. tñ ĩ diuiſione opus eſt intelli
gentia, vt ſupra dixi. Itẽ viſus interdũ ponitur pro actu anime,
132 ⁊ pro opinione, l. quid tñ. §. ſi. in ſi. ff. de arbitris. Stricte † autem
viſus, eſt actus, videns oculo corporali, ⁊ intellectuali. ff. de his
que in teſtamẽto delen. l. pe. ⁊ eſt viſus de coloribꝰ, de magno, ⁊
133 paruo, de factis ⁊ maleficĳs, ⁊c. † Poſſeſſio autẽ probatur per
viſum, ⁊ ipſum poſſidentẽ, vt j. dicã. Nã per teſtem ꝓbatur poſ-
ſeſſio naturalis, ⁊ ex ea preſumitur ciuilis, l. ſtipulatio iſta. §. hec
quoq; ſtipulatio. ff. de verb. obl. ⁊ quilibet preſumit poſſidere, vt
notat Inn. in c. cũ olim. de priui. ⁊ ne vxor pro marito. l. ob mari-
torum. ⁊ ff. de ſolu. Titia. ⁊ C. finium regũ. l. ſi quis. Super incor
134 poralibus vero non eſt viſio corporalis. † Et ideo qui dicit ali-
quem dominum, nõ probat, q᷑ nõ cadit directe ⁊ vniformiter in
viſum teſtis: ſed indirecte, ⁊ difformiter niſi teſtis nominatim
cauſam adĳciat. Sȝ viſibilia vniformiter videntur, ſ. organa oculi
corporalis, in quibus etiam ſufficit dictum teſtis nudũ, ſine ad-
dita ratione, niſi ſit de ea interrogatus, ſed in dominio non ſuffi
cit dictum, ſine ratione, ſecundum Inn. Idem ſi agatur de pro
bãdo alio iure. vt de probãda obligatione: q᷑ dicit teſtis, ſuper
articulo, qδ Titius eſt mihi obligatus, dicit verũ eſſe. iſta reſpõ
ſio teſtis nihil probat, q᷑ eſt in formis. Idẽ ſi forte agatur de p
bãda hypothecaria ad fidem matrimonĳ: q᷑ omnia iſta talia iu
ris ſunt, ⁊ habent plus iuris, quam facti. Idem ſi agatur de pro
bando qδ aliquis eſt mente captus vel furioſus. Nã non probat
teſtis dicẽdo: q᷑ vidi, niſi ſigillatim adĳciat actus, per quos di
cretus quilibet ita indicaret. Nam talia multum cõſiſtunt in iu
dicio recte rationis. Et plus habent rationis, quã ſenſationis
poteſt quis faciliter decipi. Idẽ ſi vellet probare qδ aliquis ſit
vagabundus, non enim comprehẽdit teſtis de facili, ꝙ ſit de
tor originis vel domicilĳ. Tene menti iſta, q᷑ ſunt valde nota
lia. Bal. in cõcluſion. ⁊ per Inn. in d. c. cum cauſam. de teſti. ⁊
materia ſ. dicta vide in Spec. de teſte. §. iam de interrogatorĳs
verſ. ſiunt autẽ generaliter. ⁊ qualiter debeant deponere de q
libet corporeo ſenſu, vide eod. tit. §. nunc tractandum. verſi ne
135 pe cum teſtis. cum ſequẽti verſicu. † Si teſtis teſtificatur ſuper
his, que non percipiuntur ſenſu corporis, ſed oculo mentis, ſeu
rationis non valet eius dictum, niſi rationem aſſignet. Inno. in
d. c. cum cauſam ⁊ cauſa debet eſſe alia a dicto, vt no. ff. de legib
l. nõ omnium ⁊. ff. de officio procura. ceſa. l. fin. ⁊ cauſa debet eſſe
136 congrua. Item † bona ratio teſtis facit bonum eſſe dictum, ma
la ratio malum. ff. de do. except. l. ij. §. circa. ff. de cõdition. ⁊ de
monſtrationi. l. cum tale. §. fi. Item ad id adaptatur dictum te
ſtis, ad quod ratio. ff. de acqui. poſ. l. j. §. per procuratorem. Bal.
137 in concluſion. † Teſtis debet interrogari a iudice de cauſa ſcien
tie: ſcilicet, quare illud ſciat. Et ſi iudex non querit, preſumitur
in ipſo malitia, q᷑ omittit ea, que ſuo officio, ⁊ ſolertie incũbunt
debet enim petere ⁊ interrogare de cauſis. Si vero iudex interro
gat, ⁊ teſtis nihil reſpondit: vel forte nõ bene: iudex nõ debet in
terrogare: vt in c. cum clamor. de teſti. Si autem iudex omiſit in
terrogare de circunſtantĳs ſingulis non ſubſtantialibus, vt de
loco, ⁊ de tempore, ⁊ cõteſtibus, ⁊ ſimil. tunc teſtes nõ ſunt repe
tendi ⁊ reintegrandi. Si autem omiſit interrogare de principa
li re: vt in titulo in preſcriptione: ⁊ ſimilib. tunc teſtes debent re
peti: q᷑ fuit culpa iudicis, non partis. Ita notabiliter tenet Inno. in c. per tuas. in ver. negligentie de teſtib. bal in cõcluſione.
138 ¶ † Teſti ſufficit reddidiſſe cauſam ſui dicti ſemel: nec de cauſa
vlterius eſt interrogãdus ſed de circunſtãtĳs, ſiue annexis, ⁊ cõ
comitantĳs ſic: vt de loco: tẽpore: ⁊ cõteſtibus: ne videantur
ſuſpecti: vt de teſtib. ⁊ ſimilib. hec enim nõ ſũt cauſa ſui dicti, ſed
circunſtantie ad veritatem inueſtigandam. Inn. in d. c. cum cau
ſam. ⁊ ſuffitit depõere tali modo quod includatur cauſa ſciẽtie,
139 ſecundũ Fran. Accurſium. ⁊ Bal. in concluſione. † Quero: dicit
ſtatutum quod teſtes debẽt de cauſa ſcientie interrogari aliter
non valeat depoſitio eorum, an ſi non reſpõderint in cauſa ſcien
tie, eorum dictum valeat. Videtur quod ſic: vt in d. c cũ cauſam.
ſecundũ Inn. nam omnimodo interrogatio eſt falſa, ⁊ ſuperflua:
cum ſine interrogatione reſpõdit. ff. de interrogato. actio. l. ſi ſi-
ne. Item teſtis cogitur reſpõdere, cum ſolum factum dixerit. C.
de appellationib. l. ampliorem. §. in refutatorĳs. Item hoc eſſet
quedam inculcatio, ⁊ ſuperfluitas verborum, que fugienda eſt: ⁊
confutãda. vt notatur in. l eius, qui in prin. ff. ſi cer. pet. Item q᷑
mens ⁊ ratio ſtatuentiũ ſequenda eſt. ff de excuſatio. tuto. l. ſci-
re oportet. §. ſed ⁊ ſi. maxime quia ſtatuti ratio ſit vt poſſit calli
ditatibus obuiari: non certam rationem corrumpere. Ad idẽ de
acquirenda hereditate. l. illud. in ratione ſui. Item paria ſunt: ſi-
ue teſtator vna ratione prohibeat alienare extra familiam: ſiue
duabus rationibus. Nam vtrobique cauſam prohibitam de-
gnare videtur. Aliĳ dicunt contra: quia non debet recedi a
iecta forma ſtatuti. Sed iſta eſt ratio rudis: q᷑ hic non fuit
ſa forma, ſed ſub verborum compendio incluſa: ⁊ expreſſum
tur id, qδ ſub verborum compendio continetur: vt nihil dicit
omiſſum, cum totum legi poſſit, l. prima. in principio. ff. de his
que in teſtamẽto delentur. ⁊ l. prima. C. de precibus Imperato
140 ri offerendis. † Quid econtrario, ſtatuto cauetur; quod teſti
bus credatur contra nobiles licet non reddant bonam cauſam
dicti ſui. Pone ergo, deponit contra magnatẽ, qui videlicet fuit
iterrogatus de cauſa dixit, ſic: vel credo, vel habeo vxorẽ, vel q
eſt Rex Francie, an probet. Videtur, quod ſic, quia aſſertiue de
ponit. Sed in contrarium eſt veritas. Et ad hoc mãifeſte eſt fa
ctum ipſum ſtatutum, q᷑ pari ratione admitteretur cecus ad te
ſtificandũ de coloribus. Nempe hic ſuũ dictum deſtruxit, q᷑
inepte iſenſate deponit. ff. de do. exce. l ij. §. circa. Et ideo debet
ſtatutũ intelligi, quãdo cauſa aliquid conferat dicto, puta admi
niculũ, vel preſumptionẽ, ideo narratio nihil facit. Aliud enim
eſt malam cauſam reddere, quod qualitatis vitium ſignificat.
aliud penitus nullam ⁊ impertinentem, quod ſignificat vitiũ
ſubſtan

ſubſtantie. ff.de dolo.l.⁊ elegāter.§.j.⁊ C.ad exhi.l.ſi res tuas.
141 verſi.ſi vero.cum ſimilibus.Bal.in concluſ.† Teſtis non de-
ponēs de cauſa,q2 non fuit interrogatus,probat vt no.C.de te-
ſtibus in l.ſolum.⁊ per Bar.in conſi.cx.incip. quidam Maſſio-
lus.teſtis non reddens cauſam ſui dicti an probet vide Ange.
in l.cū hi.§.vult igitur.verſi.vult igitur.⁊ ff. de tranſactionibus.
l.quid ergo eſt queſitum.ff.de infami.⁊ per Bal. in repetitione
l.edita.C.de edend.⁊ per Bart.in l.j.in princ.de noui oper. nun
142 cia.† Si teſtis interrogatus de cauſa ſcientie dixit quia ſic re
perio in meo memoriali quod de hoc feci,probat,vt probatur in
143 l.iubemus.ibi,ſubſcribere nō differāt.C. de teſtam.† Teſtis in
cauſa ſcientie dicens.quia preſens fui,probat viſum,⁊ auditum
alterius.Bal.in c.j.de controuer.inter do.⁊ vaſal.de inueſtit.in
vſib.feud.Quid ſi teſtis in ratione ſui dicti de re tangibili dixit,
quia tetigi,an probet? Vide Bar.in l.ſi.C.de peri.no.lib.xj.Te
144 ſti † deponenti per verbum credit, in his que ſunt de peritia
ſue artis,an credatur: Vide Bal.in l.data opera.verſi. nam in-
terdum.C.qui accuſare non poſſunt.⁊ vide Bartolum in conſil.
145 cx. Teſtis † qui dicit neſcio, non debet interrogari de cauſa
ſcientie quia vbi non eſt ſenſus,non cadit probatio.Bal.in rub.
C.ſi ex falſis inſtrumentis.Et intelligitur tunc deponere de ve-
ritate.non de fama.Baldus in additio.Specu.in titulo de ſen-
146 ten.† Qualem autem rationem debent reddere teſtes, qui de-
ponunt circa filium ſeu ſororem pro emancipato,⁊ qualē quan-
do ſuper communi opinione,⁊ qualiter tūc formetur articulus:
147 Vide Bal.in l.ij.C.ſi aduerſ.rem indica.† Ad probationē do-
minij teſtes habent deponere de facto,non de iure:vt not. Cy-
nus.C. de probationib.l. cum res.⁊ vide in Specu. de teſte.§.
nunc tractandū.Quid enim ſi quis petit fundum.teſtis qui di-
cit, vidi alluuionem probat: vt dicit Bartolus in ſuo tractatu
Tyberiadis.⁊ vide per Angel.in l.ſciendum.in repetitione: ff.
148 de verbo.obligationib.Teſtis,† qui dicit, vidi quem eſſe ſanū:
vide C.de mend.vali.lege.j.libro xj.Quid,ſi dicit,quod vidit pu
blicum inſtrumentum,an probet: vide Bartolum in authenti-
ca,ſi quis in aliquo.C.de edend.Pro materia vide in Specul.
149 de teſte.in princip.verſicul.item,quod non perhibet.† Teſtis
dicens quod Titius furatus eſt cappam Martini,probat do-
minium iudicio legis: vt poſſit ferri ſententia ſuper re furtiua,
non vt poſſit declarari,do Bal.in rub.C.ſi ex falſ.inſtr. verſicu.
150 rurſus ego ſcio. Teſtis † qui dixit vidi quod loquebatur, licet
vox ſit quoddam abſtractū a viſu ex interpretatione legis pro-
bat.Bal.in rubr.C.ſi ex falſ.inſtr.⁊ ibi dicit quid in corporalib⁹,
151 quando teſtis,dixit quia vidi. Teſtis † quando dicit, vidi quod
talis dixit verba diſplicibilia,probat, non per ſententiam intel-
lectus,ſed per rationem. Bald. vbi ſupra. Teſtis inductus ad
probandum defenſionem dicens,quia vidi, probat per Barto.
152 in conſilio cx.incip.quidam Maſſiolus.† Teſtis qui deponit
de cauſa viſus idonea, qui loquitur groſſo modo, probat etiam
auditum,cum viſu.Bald.in l.j.C.de confeſſ.probat etiam teſtis
reddita cauſa per ſenſum exteriorem proximum, et aptum na-
tum illam ſenſationem, de qua queritur, ſuſcipere, ⁊ ſunt ſenſus
exteriores quinque:vt not.ff.de acquir.poſſeſ.l.quod meo.⁊ per
Inno.in dicto capi.cum cauſam. Et eſt quidam ſenſus interior,
qui eſt in prima parte cerebri,qui dicitur ſenſus cōmunis, ſicut
centrum quod ad omnes ſenſus refertur qui habet virtutem
diſcretiuam.Nam viſus videt,tamen neſcit quod aliud ſit vide-
re,⁊ aliud tāgere,q2 ſolū de coloribus poteſt ſenſare.Sed ſenſus
communes omnia in preſentia habēt obiecta. imaginatio vero
etiam in abſentia fit,Ratio vero eſt altior virtus, excedens ſen-
ſum intelligentia ⁊ potentia adhuc vniuerſaliter ſecundū Boe
tium in libro de Conſolatione.Baldus in concluſion. Conclu-
de ergo,quod tria ſunt argumenta apud Legiſtas,ſcilicet peti
tio actoris.exceptio rei.probatio probantis per cauſam veram
Si petat cauſaz circa probationē argumenti demonſtratiui nō
tenet.de quo ſubtiliter ⁊ plene no.ff.de legib.in l.de quib.ī repe
titione mea,vbi tractaui de forma traditionis cauſe a teſtibus,
ſcdm ſingula predicamēta,⁊ fuit intentio Bal.preceptoris mei
quia tamē morte preuentus tractatū reliquit incompletum qui
153 vltra ethiaz,quam Legiſtis expediat, cuz intellectu volauit ad
ea que nō poſſunt intelligi:ergo nec probari,niſi p ſummos vi
ros,qui conoſcant genus ⁊ differentiā:ſicut ſunt vitia tacita, ⁊
virtutes que generātur ex actibus.quis dabit mihi pennas,vt
154 colūbe ⁊ volabo:† Tu aduocate etiam reſpice,an probatū ſit
verbū principale libelli.quod ſubſtantiā voco,ſeu ſubſtantiuū,
⁊ deinde inſpecto ſubſtantiuo reſpice adiectionem. dicunt grā-
155 matici,ꝙ adiectiuum verbi eſt aduerbium.Ego dico,† qđ adie
ctiua libellorum ſunt cōditio,modus,cauſa, demonſtratio. qua-
litas,locus,tēpus,quantitas.cōiunctiua,participia,gerūdia, ⁊
156 aduerbia. ⁊ ideo dubium † ſolet eſſe. ſi egi cōtra te dicens ꝙ
tu promiſiſti mihi pure,⁊ probo quod ſub cōditione que extitit,
vel ſub die que preterijt,an ſit probatus libellus. Probo enim
equipollēs eius qđ intentaui.⁊ ſic videtur ſufficere,arg.C.de in
ſti.⁊ ſubſt.l.ſi mater. In cōtrarium q2 videt alius contractus,ex-
tra de fide inſtru.c.cum Io. eremita. Dic quod pluralitas non
preſumitur in his que poſſunt eſſe vnum ⁊ idem.ff.de lega.ij.l.j.
⁊ ff.de iureiu.l.eum qui.§.in popularibus.⁊ not.C. de err.aduo.
l.ij.per Iacobum Butrigar.in lectura. q2 cum medium per qđ
formaliter concludit,non ſit idem,ſequitur diuerſitas, q2 vnum
concludit libellus,⁊ aliud concludit probatio,⁊ non eſt dubium
quod ſi conditio penderet, quod non eſt intentata huius cauſa,
ff.de condict.indebiti.l. Iulianus.§.j.⁊ quia determinatio adie-
cta petitioni actoris per teſtem habet oppoſitum ad id, cui op-
ponitur ⁊ additur. Facit quod not.ff. de in integrum reſtitutio.
157 l.nemo videtur.Et econtra † maior eſt dubitatio,ſi dico me mu-
tuaſſe ſub conditione que extitit. ⁊ probo quod mutuaui pure.
Nam determinatio addita per teſtem,eſt argumentum,non de-
tractio,ſed tamen quia preſupponitur diuerſum contractum nō
probat.ff.de verborum obligationi.l.j.§.cum adijcitur.Idem di
cas de modo idem de cauſa,dummodo ſit finalis,nō impulſiua,
quia talem non eſt neceſſe probare.Hoc patet ff.de inſtito.l.ha
bebat.⁊ C.de do.ante nup.l.ſi preſidi.facit gloſ.C. de ſen.l.cū eo
158 rum,qui.in verb.preſtarent † De demonſtratione dic qđ ſi ab
ea denominatur id totum quod petitur.⁊ ſine ea non habet cer-
titudinem,quod debet probari,alias probatio eſt incerta Exem
plum,dico quod vendidiſti mihi ſeruum habentem criſpos ca-
pillos,nam ab hac parte eſt totus aptus cognoſci, vel vēdidiſti
equum ſtellatum in fronte,ſi teſtes dicant hominem venditum,
ſed neſciunt an ſit criſpus,vel equum, ſed neſciūt an ſit ſtellat⁹,
non probant:quia poſſet hic eſſe fallacia ⁊ circunſcriptio ſi vnū
deberetur p altero.Sed quedam ſunt demōſtrationes,quibus
certus,verus,⁊ clarus intellectus poteſt haberi, licet teſtis di-
cat ſe neſcire has demōſtrationes. probāt tamen ſicut ſunt de-
mōſtrationes ſubſtātiales:arg.dicte l.j.in ſi. De qualitate dictū
eſt in ſuperioribus. Item de loco. Item de tempore quādo cer-
tum ſcribit actum.Idem quādo eſt de ſubſtantia.ff. de neg.geſ.
l eum actum.De quantitate autem vide ff.de ope.no.nun.l.nō
159 ſolum.§.ſed vt probari.† Circa coniunctionem dubitatur, accu
ſo Titium ⁊ Seium quod intulerūt Petro duo vulnera ex qui
bus mortuus eſt,ſi non probo de Seio ſed de Titio,an Titius
condemnetur,argumen.quod ſic.C.de his quibus vt indi.l. mi-
noribus.⁊ ff.de interrogat.ac.l.qui ſeruuz ⁊ ff.de manumiſſ.teſt.
l.ſi ita fuerit ſeruis.§.ſi.quia copula cadens inter perſonas prin
cipaliter copulatas, reſoluitur in ſuas regularitates. ff.de con-
dit.⁊ demonſtr.l.falſa demonſtratio.§.ſi.ff.de vſufr. accre.l.ſi mu
lieri cum liberis.De participio,dic quod eius probatio ſuum tē
pus exigit.ff.de teſta.milit.l.Titius priuſquam.⁊ ff.de hora.l.in
delictis.§.ſi extraneus.Tempus enim plerūque poteſt eſſe cau
ſa abſolutionis,⁊ condemnationis veri ⁊ falſi.C.de furt.l.apud
antiquos.De gerundio,dic vt C.de his qui lat.vel al.cri.l.j.Nā
attrahit plerunque ⁊ abſorbet in ſe totū actū. Aduerbia quoqꝫ
ſepe idem faciunt.ff.de neg.geſt.l.Pomponius.Bar.in repeti.
quam fecit de l.edita.de eden.in ſi.Teſtimoniuz probatoris nō
requirit cauſam ſi teſtes non interrogantur de cauſa,in his que
ſunt facti ſenſibilis,nō dico in his, que nō ſunt in quibus ratio
debet eſſe iuncta cum ſenſu de neceſſitate,alias non ſit.probatio
ſecundum Innocentium in dicto capitu. cum cauſam. de teſtib.
160 Sed † nunquid idem in teſtimonio reprobatorio. Iaco. Butr.
in ſua queſtione que incipit,queſtio talis eſt,quidam petit a Ti
tio, ⁊c.dixit eleganter, quod quando teſtis non reddit cauſam
interrogatus,non ita perfecte ꝓbat,ſicut ille qui reddit bonam
cauſam:ideo tabellio talibus prepēderat teſtibus,⁊ per eos nō
161 reprobatur. Item,† quando teſtes ſunt contrarij ij,qui reddūt
rationem,preualent,ſecundum eum,quod eſt notandum quod
alibi nunquam inueni.Apparet ergo qđ duo teſtes reddentes
rationem legitimam preponderant totidem dicentibus vera
eſſe.nō interrogatis de cauſa,quia vera redditio cauſe preualet
cauſe preſumptiue,in his in quibus concluditur per viam iuris,
⁊ nō rationis,⁊ non per ſenſum corporis.Eſt enim certuz quod
ſine redditione cauſe non reſultat probatio, ſecundum Innocē
162 tium in d.c.cum cauſam.Et adde,† ꝙ notarius ⁊ teſtes tenētur
ad intereſſe partis.non ſolum falſitatis ratione, ſed etiam erro-
ris:q2 error in tabelliōe,⁊ teſte eſt lata culpa,l.ſi.ff.de magiſt.cō-
uenien. Obliuio autem in teſte non eſt lata culpa,ſecundū Inn.
in c.qualiter ⁊ qñ.de accu.bal.in l.pſbyteri.C.de epiſ.⁊ cle An
teſtis deponēs de auditu ꝓbet? Reſpō regulariter,ꝙ nō.Fallit
in caſu l.pen.ff de probatio. Et vide per Ioā. And.in tractatu
quem ipſe fecit de teſtibus,⁊ per Bal.in l.in ſumma.§.idē La-
beo.ff.de aqua plu.arcen.verſ.poſtea mouet gl.⁊ iij.queſt. ix.c.te
ſtes.§.i.in gl.⁊ vide Spec.in tit.de teſte.in princip. verſic.quid
ergo ſi vero ⁊ mulieri.⁊ vide diſtinctionem Ioan.And extra de

164 teſtib.ca.ij.Si teſtis †dicit ſe credere,vel ſibi videri, non va-
let eius teſtimoniũ: vt ff.de arbi.l.diem proferre.§.ſi plures.qꝛ
iſta verba magis ad iudiciũ quã ad aſſertionẽ facti verificantur,
arg.eod.tit.l.qd tñ.§.j.Bal.in concluſio. Teſtis an probet qñ
dicit,mihi videtur.Uide per Ang.in repetitione l.ſciendum.ff.
165 de verborum.oblig. †Teſtis interrogatus de diffinitione rei
debet reſpondere ſecundũ vltimã expoſitionẽ prime gl.l.j.ff.ſi
cert.pet.Ex qua nota quod diffinitiones que ſunt iuris, perti-
nent ad doctores,quia intelligere,⁊ ſcire conſtat ex diffinitione,
vt in dicta gloſſa.Ex hoc preſumitur quod dictum eſt,videlicet
quod teſtis interrogatus de diffinitione debet reſpondere,⁊ ſi
dicit neſcio,non probat:qꝛ primam vocem non intelligit ſecun-
dũ Bart.qđ tamen limita eſſe verũ ſi teſtis deponit ſine reddi-
tione cauſe ſecus ſi cãm aſſignauit.Exemplũ,teſtis interrogatus
de fama dixit vera eſſe. ¶Interrogatꝰ quid ſit fama,dixit ne-
ſcio.Iſte non probat,qꝛ non cadit cognitio in intellectu ſuo , ſi
neſcit.Sed ſi dixit neſcio,nihilominus probat quia ius dixit ſe
166 neſcire non factũ. ¶†Sed in poſſeſſione ſi dixit Titiũ tenere
⁊ poſſidere,⁊ interrogatus quod ſit poſſeſſio, dixit,neſcio.bene
probat:vt no.in gl.in verb.ſtipulet.ff.de verb.obligat.l.ſtipula-
tio iſta.§.hec quoqꝫ.Nã ex quo vidit aliquẽ,detinere preſumitur
ille poſſidere:vt not.per Inno. de priui.c.cũ olim. Et oĩs qui
recipit reditus,preſumit habere aliquod ius adminiſtrãdi: vt in
l.j.§.exercitorem.ff.de exerci.non tamen exigo aliquo caſu quod
teſtis ſciat perſpicaciter diffinire,cũ etiam imperiti teſtes adhi-
beant,nec requirit in eis,nec exigit iuris induſtria ſed ſenſus:vt
not.C.de vſur.l.prima.ſed quod ſciat quandam groſſam diffini-
tionem verbi gratia,in fama ſi dicat famam eſſe commune dictũ
gentiũ, ⁊ in poſſeſſione, ſi dicat poſſeſſio eſt fructus percipere,
ff.quibus modis vſuſfruc.amit.l.Pomponius. ¶Nam ſufficit
eum intelligere factum,⁊ affectum ſcire,dummodo plene ſciat et
plene deponat: quod notat Innoc.in cap.cũ cãm.de teſtibus,
⁊ dicam infra. Ex predictis patet,quod teſtis poteſt interroga-
ri quomodo intelligat verba iuris.Item patet quod non tenet
167 iura ſcire:vt not.ff.de infa.in l.Lucius.Et aduerte†quod inter-
dum ius ponitur pro facti qualitate.l.ſi non.C. ſi certũ petatur.
168 † Item teſtis debet habere notitiã ſenſus , non impreſſionem
intellectꝰ,qꝛ aliud eſt preſumere, ⁊ aliud eſt videre: arg.l.j.ff.de
his q̃ in teſtamento delent.Nã officiũ teſtis eſt,vt eius teſtimo-
niũ non tranſcendat ſenſum corporis de parte, vt notat in l.qui
teſtamento.§.⁊ veteres.ff.de teſta.⁊ ibi Bal. ¶Item licet di-
ctũ teſtis debeat fundari in ſenſu,tamẽ ⁊ in intellectu debet fun-
dari. Unde ⁊ Ariſtoteles in problematibus,Intellectus videt,
⁊ intellectus audit. Adde quod dictũ teſtis non preſumit cõtra
ſolennitatẽ,extra de probat.c.in preſentia ⁊ not.in l.ſi.ff.de pto.
ſtipul ⁊ preſumit,quo ad veritatẽ hoc modo.Nam ſi ſunt teſtes
numero ſufficiẽtes preſumunt vera dixiſſe,vt Inſtitut.de inuti-
lib.ſtipul.§.item verborũ.Sed ſi eſt vnus teſtis eſt preſumptio
hominis non legis.dic vt in l.admonendi.ff.de iureiuran.Item
169 †quando teſtes ſunt quaſi contrarij, preſumit pro dicto teſtis
non quo ad probandũ,ſed debent teſtes ad concordiam reduci,
⁊ elidi probatio:vt extra de teſtibus, c.cum tu.ſed illud limitat
Innoc.eſſe verum in numero pari:ſecus in numero diſpari.de
officio delegati.c.cum contingat. Et ſic dicunt quidam quod di
cta teſtium iuuantur,vt excuſentur a contrarietate ſolum ad pe-
nam criminis euitandam,non ad probandum: vt in d.c.cum tu.
⁊ l ſed ⁊ ſi poſſeſſori.§.ſi cum de hereditate.ff.de iureiurã.facit
etiam quo ad probandum : vt ff.de interro.ac.l.de etate. dic,
quod ratione contrarietatis non probant:qꝛ ſe inuicem colliduñt,
tamen nemo punitur qꝛ non conſtat quod falſum dixerit vt no-
tatur de iureiur.l.cum duobus.§.ſi.Nec obſtat.§.ſi cum de here
ditate. qꝛ ibi teſtis non erat ſuſpectus ex probatione contrarij,
quod not.ideo teſtis excuſatur,⁊ non probat: vt in d.c.cum tu.
quia pbatio debet eſt neceſſaria, ſed excuſatio ſufficit quod ſit
170 poſſibilis.⁊ dicit Innocentius,quod atteſtationes†ſunt inter-
pretande in meliorem partem.de elec.c.dudum ⁊ facit quod no:
de preto ſtipu.l.ſi.⁊ vide Bald.in l.j.ff.ſi certum petatur. ⁊ d.§.
ſi cum de hereditate. Angelus in concluſio. Credulitas etiam
iuſtis rationibus a teſte concepta non nocet tertie perſone. ff.
171 de in rem ver.l ij.§.⁊ ſi. Bal.in conclu.† Teſtis interrogatus
an Titius ſit bonus vel malus et dixit quod ſic. Interrogatus
de cauſa ſcientie dixit,quia ſum vicinus,probat.Iac.de Belui-
ſo in aut.de teſtibus.§.⁊ licet.verſi.arg eſt in hoc. ſi vero inter-
rogatus de cauſa ſciẽtie dixit ſcio quia ſcio an probet.vide per
doctores in l.ſi quis ita.§.ij.ff.de teſtamen.tu.

172 I teſtis †interrogatus de fama, dixerit
vera eſſe cõtenta in articulo , niſi
dicat,de cauſa ⁊ de perſonis a quibus fama habuit
ortũ, non probat famam , licet de his non fuerit in-
terrogatus. Innocentius in c.cũ oportet.de accuſ. Et ideo ſis
cautus qñ incũbit tibi onus probãdi famã, ꝙ facias interroga-
toria de cauſis, ⁊ perſonis a quibus habuit ortũ: vel ſaltem in-
ſtruas teſtes quod dicant de cã, ⁊ de perſonis. Sed tamen li-
cet iſtud ſit dictũ Inno.non video cãm quare ſi teſtis nõ inter-
rogatur debeat hoc dicere,cũ nõ debeat eſſe verboſus.l.amplio
rem.§.in refutatorijs.C.de appellationi Sed tñ bene eſt dubiũ
cõſiderato quod fama non cadit in ſenſum teſtis directo.Ang.
173 in concluſi.Item teſtis.†qui dicit publice dicit non probat fa-
mam, qꝛ poſſet vnus publice dicere. idem ſi dicit quod palam,
vel a pluribus dici audiuit.Bal.in addi.Spe.in titu.de ſenten.
174 Teſtis †interrogatus de veritate dicit ſe nihil ſcire, intelligit
ſcilicet de veritate.Si vero deponit ſuper fama,refertur ad ar-
ticulos non probatos.Spec.in tit.de noto.crimi.§.fama.in fine.
175 Teſtis †qui probat famam,non ſolũ intelligit probare famam
eorum de quibus teſtificando ſufficientem rationẽ reddidit, ſic
dicit Bal.in repetitione.l.ea quidẽ.verſi.item quero,an infama
tus.C.de accuſatio.Pro ſaluando teſtes deponẽtes de fama vi-
de Ang.in l inter oẽs,verſi in text.ff.qui ſatiſ.cog. De teſte de-
ponẽte de fama alicuius,Uide Ange.in aut.de mona.in prin.
176 Teſtis †vero non credit de infamia alicuius,niſi adducat iuſtã
cãm ⁊ legitimã ſcientie, Innocen.in capi.cum oporteat.de accu
ſationibus.Teſti non eſt permiſſum iudicare qui ſunt indiſcreti
diſcreti:ea enim tantũ iudici competunt. ideo ſpecifice teſtis de-
beret dicere perſonas,apud quas eſt infamatus is, contra quẽ
inquirit,⁊ non debet dicere in genere,⁊ hoc ante formatã inqui
ſitionem. Poſtea enim non habet locum probatio perſonarum
ſecundum Innocẽ.⁊ hoc quando infamia dicitur apud aliquos
eſſe.Sed ſi cõmunis opinio eſt apud maiorẽ partem gentiũ vi-
cinie ſufficit deponere de infamia in genere ſine ſpecificatione
177 ſingulorũ ſecũdũ Inno.in cap.cũ dilectus.de accuſa. Teſtis in
cauſa appellationis debet probare per id qđ incidit ante litem
motam de antiqua fama. ſecũdũ Abba.in capit. ſuper eo.de te-
178 ſtib.vel eo quod ſcit certum eſſe.Bal.in conclu.Credulitas in
teſte non excuſat a calumnia in iudicio, niſi adſit veritas. Inno.
in cap.ſi.de iureſu.tene menti pro teſtibus: vt cũ deponũt vera
eſſe.non credulitati,ſed certitudini veraciter debeant inherere.
Bal.in concluſione,⁊ de qua certitudine debeat deponere, no.
ſingulariter Innocen.in cap.ſi.de iura.calum.

179 Teſtis ruſticus †interrogatus ſuper articulo
poſſeſſionis,dicit ꝙ talis tenet ⁊ poſ-
ſidet: interrogatus quõ ſcit,dixit qꝛ vidi quod talis
tenuit,⁊ vidi quod poſſedit tanto tpe,cũ ruſtici ne-
ſciant quid ſit poſſidere intelligitur de poſſeſſione que eſt facti.
gl.eſt in verb.ſtipuletur.ff.de verb. oblig l. ſtipulatio iſta §. hec
quoqꝫ. Adde in arg quod not.ff.de condi.⁊ demonſt.l. quibus
diebus.§.dñs.⁊ l.nec ſeruus.ff.de pecul licet aliqui impugnent
illã gl.⁊ male.Et dicũt qđ ſi hoc eſſet verũ nullus vnquã vince
ret iterdicto vti poſſidetis,in quo nõ ſufficit detẽtatio.l.ſi du
§.creditores miſſos.ff.vti poſſi.ſcđm dictam gl.qꝛ non probatur
ciuilis poſſeſſio nec obſtat.d.§.hec quoqꝫ qꝛ illud ibi non diſpo
nit ad hoc vt ſtipulatio nõ vitiet.Sed Barto. ibi dicit qđ imo
dicta glo.bene dicit.Nam cum teſtis ſolum habeat deponere de
eo qđ ſenſu percipitur,l.teſtiũ.C.de teſti.⁊ ff.de teſta.l.heredes
palam.§.in teſtamẽtis.Si vellet deponere de poſſeſſione iuris,
non valeret eius dictũ quia illa non percipitur ſenſu. Sed hoc
non eſt verũ quia per iſtas probationes reſultat poſſeſſio iuris.
Uerbi gratia,depono quod mutuaſti centũ,⁊ ſic teſtis deponit,
quod mutuaſti, ex qua probatione reſultat obligatio,⁊ ſic in ca-
ſu nr̃o probata hac detentatione facti,reſultat poſſeſſio iuris le
ge,quedam.ff.de rei ven.⁊ l.ij.C.de acquiren.poſſ.l.j.§.in amit-
tenda.ff.de acqui.poſ, ⁊ ff.de ſol.l.Titia.Ange.in concluſione.
180 Teſtis,†qui dicit qđ aliquis poſſedit decem annis,⁊ non dicit
de quibus,non probat:qꝛ teſtis ſingularis non pbat. Bald.
verſi.item debent deponere.C.de edict.diui Adriani tollen.
in l.Celſus.verſicu.quero dicitur.ff.de vſucapio Si teſtis dicit
quod vidit aliquem poſſediſſe decẽ annis ⁊ plus, illud plus ni-
hil releuat in teſte. De quo per Barto.in l.cum filius.§.pen.
de leg.ij.⁊ l.⁊ ſi poſt tres.verſ.⁊ iſta faciunt.ff.ſi quis cau.⁊ vide
in noſtro repertorio ſup verbo plus.Teſtis qui dicit talis poſ-
ſedit ſemper non dicit falſum,licet probetur illũ aliquando abſẽtẽ
fuiſſe.Bar.in l.j ⁊ in l.in inſulã ff.ſol.mat.Quid ſi plures teſtes
deponãt ſup poſſeſſione ⁊ aliqui probãt ꝙ Titius poſſedit, alij
qui ꝙ Seius poſſedit: Dic qđ pbant quenlibet retinere de fa-
cto,cũ plures nõ poſſint poſſidere in ſolidũ eandem rẽ: vt l.ſi.
§.ex contrario.ff.de ac.poſ.⁊ talis interpretatio fit p gl.in l.ſtipulatio
iſta.§.hec quoqꝫ.in ver.ſtipulet.ff.de ver.obl.⁊ ibi Bar.Ang.in
181 concl. Teſtis†qui dicit ſe ſcire qđ Titius poſſedit p annũ pẽ-
tiẽte Seio, ⁊ nõ reddit rõnem ſcientie, qꝛ non fuit interrogatus
non probat quia non deponit per . l.quem ſenſum corporeum
faciunt que dicit Bal.in rub.de controuer.inueſti.⁊ patet alibi.

182 TEſtis † inductus ad probandū mutuū, ſi di-
cit, ſcio ꝙ talis numerauit tali in mea
p̄ſentia tātam pecuniā, ipſe recepit, ex hoc preſumit
mutuum. per l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Quid ſi teſtes
dicant, vidimus quod mutuauit ſed non recordamur de quanti-
tate: Non probant, niſi aliter poſſit coniecturari de quantitate.
Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Sed an eſt neceſſe qȯ dicāt,
vidimus numerari? Dic qȯ ſic. ff. de condict. indeb. l. cū ſeruus.
Uide de hoc in Specu. in tit. de teſte. §. j. in ver. ſed pone egi cō
183 tra te ad decem. † Si teſtes probant, vnus de quinꝗ, alius de
decem, an debitū in quinꝗ ſit probatum. Dicitur quod ſic, per
capi. j. de arbit. ⁊ per l. j. §. ſi ſtipulāti. ff. de verbo. obli. ⁊ ibi not. ꝑ
Bar. ⁊ per l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. vbi, in maiori
ſumma ineſt minor, ⁊ per c. nihil extra, de verb. ſign. In ꝯ̄riū fa-
cit, quia ſi teſtes diſcordant in re, non probant, vt in c. cum eccle
ſia. de cau. poſ. ⁊ ꝓp. Et ꝓ hoc tenet Damaſ. Spec. videt tenere
contrariū in titulo de teſte. § j. In aliꝭ tamen terminis loquit,
ſcilicet cum teſtes deponunt ſolutam decimam. quorum vnus
dicit de decem corbibus grani, alter de quinꝗ, vel ſi deponunt
ſic, qꝛ vnus dicit, quod vidit condēnari decem homines, ⁊ al-
ter quinꝗ, nā ad ꝓbandū ius decimaꝝ ⁊ iuriſdictionis, talis eſt
varietas, ⁊ diuerſitas in numero, ⁊ etiam quod plus eſt in ſub-
ſtantia rei decimate, vel in ſubſtātia viſus, in iuriſdictione nō vi-
tiat dicta teſtium deponentium de decima ſoluta, vnus in auro,
alius in argento, vel vnus de ſolutione frumenti, alius hordei,
vt not. Jo. And. in c. qualiter ⁊ quando. de accuſationib. De q̄-
ſtione autem predicta, probatio numeri limitati, ſiue quantitatis
eſt de ſubſtantia quo ad teſtes. Si enim deponunt de diuerſis
ſummis, apparet quod non deponunt de eadem in qua fuerunt
ambo preſentes, ⁊ ſic non ſunt conteſtes quod eſt neceſſe. vt C.
de teſtib. l. teſtiū. Nā pluralitas ſummaꝝ infert in pluralitatem
concretam, ⁊ diſpoſitiuam. l. cum centum. ff. de adimen. leg. ⁊ in l.
quinquaginta. ff. de ꝓba. Facit quod no. Bar. in l. triticum. ff. de
184 verb. obliga. cum ius † ciuile in teſtibus diſcordantibus de va-
lore rei, ſiue eſtimatione, dicit qȯ plus credit duobus affirman-
tibus quam mille negantibus, vt in d. §. ſi plures. quod non eſt
verum, vbi negatiua poteſt cadere in ſenſum teſtis: puta, quod
iſte liber meꝰ non valet triginta quidā dicunt qȯ ſic, quidam qȯ
non. ſtabitur maiori numero, vt l. j. in princip. ff. de vent. inſpi. Si
vero eſt par numerus, preualet dictum ipſorum, qui deponunt
de minori. Et hec eſt identitas ſubſtantie, ſuper qua deponunt,
id eſt ipſa res. ſed in mutuo cū diſcordant in ſumma, diſcordant
in ſubſtantia idcirco non probant ſcd̄m Damaſc. in d. capit. j. de
arbit. cū quo teneo ratione predicta. Et predictis adde, qȯ not.
Cyn. in l. in bone fidei. in fine. C. de iureiur. Ang. in cōcluſ. Qua-
liter aūt intelligatur ꝙ magis creditur duob. affirmantib. quam
mille negantib. not. ff. de arbi. in d. l. diem proferre. §. ſi plures. ⁊
185 vide Bar. in l. heredes. §. j. ff. de teſta. in princip. † Teſtis, qui
examinabat in palatio Poteſtatis ſup vno articulo, dicit con-
tractū celebratū in palatio Epiſcopi ſuper alio, dixit in hoc pa
latio, ſaluat eius dictū, qꝛ pronomē hoc, eſt ſolū demonſtratiuū
ad oculum corporis, l. nemo dubitat. ff. de heredibus inſtituēd.
Sed ⁊ iura incorporalia demonſtrantur per pronomē hic. hec,
hoc, vt videre licet. ff. de ſeruit. ruſt. ⁊ vrb. licet gloſſa dicat con-
trarium, ⁊ male, in l. Meuius. §. duobus. in verb. hanc eand. ff.
de leg. ij. ⁊ ibi per Bar. Unde in caſu propoſito dictum teſtis re
fertur ad oculū mentis ⁊ intellectus, ſcilicet hoc palatio, id eſt,
epiſcopi, de quo dixerat. ſ. non ad oculum corporalem. argu. ex-
tra de teſt. ca. cum ꝑ. miſi cauſa cōtrarietatis euitande intellige-
rem quod demonſtraretur res corporalis, per ea que not. d. §.
duobus. ⁊ ita notat Bartolus in l. j. in princ. ff. de no. oper. nun-
cia. Sed aduerte quod ipſe dicit, quod dictum teſtis ſaluatur et
ſuſtinetur. Limita hoc eſſe verum quantū ad penam euitandaz,
non quantum ad probationem quia dubia probatio interpreta-
tur contra producentem teſtes. Item dictum Bartoli puto eſſe
verum in eodem teſte ſic deponente. Quid autem in diuerſis:
vt ſi duo teſtes examinātur in capitulo, ⁊ vnus dicit quod fuit
in palatio dn̄i Pape, alius ꝙ fuit in hoc palatio, per ea que di-
cta ſunt ſ. per Bar. patet qȯ non poſſunt ſuſtineri eorum dicta,

186 IN teſtibus † requirit aliqua qualitas:
puta, quod ſint pares, ꝙ ſi
vnus dicit de ſe, ⁊ de ſocio, ⁊ ſimiliter alter: qꝛ ſunt
ſingulares non probant. In contrarium facit. ij. q.
vij. c. querendum. Sed pro opinione prima vide. quod notat
Bald. ext. de elect. c. bone memorie. ⁊ per eund. Bald. de teſtib.
l. teſtium. ⁊ in c. j. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probādum inue-
187 ſtituram. in feud. † Quando teſtes ſunt ſingulares, vide quod
not. Bal. ſuper rubr. de controuer. inueſti. ⁊ in c. ſacramentum.
de conſue. re. feud. vbicunque ordo, vel narratio facti non per-
mittit aliquid ſimul fieri, ſed ſucceſſiue, illud dicit fieri ſimul. ff. ſi
pars heredi. pet. lege, antiqui. ⁊ de ſta. ho. l. Arethuſa. Et ideo
teſtes qui viderunt ſucceſſiue per rimulam adulterantem, vnus
poſt alium non dicuntur ſingulares ſed ſimul vidiſſe. iij. q. ix. c.
nihilominꝰ. in gl. Et per ſupradicta poteſt dici quod bene pro-
batur vſurarius per teſtes ſingulares, quia concordant omnes
in perceptione vſurarum, licet diſcordant in perſonis. Uide d.
gl. no. iij. q. ix. c. nihilominus, vbi teſtes probant aliquem irregu
larem, licet vnus dicat vidi quod celebrauit miſſam, ⁊ alius de-
ponat de veſperis. ⁊ vide de his teſtibus ſingularibus infra, ca.
teſtis examinatus. §. teſtes ſingulares.

188 SI quis † vult probare iuriſdictionem,
⁊ per alios ꝓbat ſe exer-
cuiſſe iuriſdictionez in loco de quo agit, valet teſti-
moniū, lꝫ teſtes diſcrepēt in cauſis, ⁊ in tempore et
loco. Inn. in c. qualiter ⁊ quādo. ij. de accu. Qualiter teſtificetur
cecus ſuper iuriſdictione, vide Spec. tit. de teſte in prin. verſi. ſꝫ
qualiter teſtificabitur. An pars poſſit probare iuriſdictionē vo-
luntariam, ⁊ ſolennitatem iſtarum: Uide Angel. in l. ⁊ ſi inſtru-
menta. C. de fide inſtrumento. ⁊ iure haſte fiſca. lib. x. Quid de te-
ſte, qui dixit rem ad talem pertinere: Uide no. Inſti. de actio. §.
Item ſeruiana. Qualiter probetur quem cecum, mutum, vel fu-
rioſum, Uide Bar. in l. j. de bo. poſſeſſione infan. vel furioſ. Qua-
liter probare poſſit ciuitatē habere ciues, ⁊ quot teſtes debeant
eſſe: Uide Bal. in l. data opa. C. q accu. non poſſunt. Qualiter ꝑ
teſtes probetur filiatio, vel clericatus, conſuetudo ⁊ multe alie
qualitates: Uide Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſa. non poſ-
ſunt. Teſtes deponentes aliquem eſſe filium probant, de legi-
timo ⁊ naturali, lꝫ non dicant. Inſti. de adoptionib. in fi. Quid ſi
teſtes dicāt aliquos eſſe fratres, qualiter intelligat. dic vt no. ff.
189 de leg. iij. l. Lucius. §. queſitū. Qualiter † tunc debeant depo-
nere ad probandū ſententiam: Uide Bal. in l. final. C. de re iud.
Qualiter probant ſtipulationem: Uide Ang. de ver. ob. l. ſcien-
dū. Aliqs fuit teſtis in alienatione rei ſue, vel ſibi obligate, nū-
quid ex hoc ſibi p̄iudicat. Uide Bar. ff. ſolut. mat. in l. que dotis.
Quid ſi teſtis ſe ſubſcripſit, an ſibi preiudicet: Uide no. in l. Ca-
ius. ff. de pig. act. Qualiter teſtes ꝓbabūt cōtractū factū a muto
vide. ff. de acquiren. here. l. mutum. Qualiter probetur per te-
ſtes intereſſe ſingulare: Uide Spe. in ti. de fructib. ⁊ intereſſe. v.
ſed qualiter etiā de facto. ⁊ Bal. ī addi. Spec. in tit. de appel. de
valore rei ſecūdum omniū opinionem: Uide Bar. in l. hi, q. C.
de pred. ⁊ omnib. reb. naucul. lib. xj. Quid ſi vnus teſtis depo-
nit quod valet decē, alter xv. an erunt contrarij. Uide Bar. ff. de
leg. ij. §. j. in fi. ⁊ vide Bar. ꝑ materia in l. filiuſfamilias. §. ſi quid
190 alicui. ff. de leg. j. ¶ † An ⁊ qn̄ teſtis, qui deponit de identita-
te rei probet, vide Ang. in l. diuinos. C. de frum. Alex. li. xj. Qua
liter debeat deponere teſtis, vt imponat. fidez inſtrumēto quod
non poteſt legi. vide ang. in aut. de her. ⁊ Fal. §. j. in fi. An teſtis
interrogatus ſuper etate reſpōdens in redditione rationis, qꝛ
ſit frater, an probet. Uide Bal. de in integ. reſti. l. de tutela.

191 QUero, an † ⁊ quādo teſtibus ſit fides adhi
bēda: Dic qȯ id iudicis cōmitti
tur arbitrio. ff. de teſti. l. teſtium. §. tu magis ſcire po-
tes. ⁊ debent ad concordiam redigi diſtinguēdo, ⁊ in
terpretando eorum dicta, vt ext. de teſti. cū tu. ⁊ dixi ſ. cum tra
ctaui de proba. defin. etiam verba impropriādo. dixi. ſ. de prob.
192 poſſeſſionis, ⁊ patet per ea que j. ſubdaz. ¶ † Quero, an ad fidē
teſtis ſint neceſſaria omnia que includuntur ſub iuramēto ⁊ for
ma articulorum. Dic quod ſic. ⁊ ideo ſi in vno mentiātur, nō va
let in alio, ſecus, ſi ex officio iudicis interrogat ſuper extraneis,
vt ſuper veſtibus, ⁊ nubibus celi. Naz ſi eſt mēdax in iſtis nō eſt
periurus, qꝛ non iurauit ſuper his. Quedam enim ſunt ſubſtan
tialia cauſe, ⁊ mendax in his ſemper eſt periurus, nec in aliquo
ſib creditur, vt no. Inn. de heret. in c. fraternitatis. Si autē iu-
rat veritatē dicere ſuper omnibus, de quibus interrogabit, ⁊ in
terrogat ſup veſtibꝰ, ⁊ ſimilibꝰ, tūc aut p̄io mentit, ⁊ in aliquo ſi
bi nō credit. aut poſtremo, ⁊ ei credit, qꝛ nō erit ꝑiurus. ¶ Itē ꝑ
teſtes nō intelligit ꝓbatū. niſi quatenus rō dicti inuenit, vt no. ī
c. veniēs. de renū. ⁊ ibi ꝑ Jo. An. ī nouella. ⁊ ꝑ Bal. ſup ru. de cō
193 tro. inueſti. ¶ † Si teſtis depoſuit ſup vna ꝑte, ⁊ interrogatꝰ ꝑ
alia, dixit, nolo rn̄dere, nō adhibet ei fides, qꝛ dolo ſubticet veri
tatē. ff. de iure fiſci. l. ij. §. diuꝰ. Preſumit em̄ ille teſtis doloſus, ⁊
194 culpoſus. Bal. in l. ij. C. de edē. ¶ † Si plures teſtes examinant
ſimul, lꝫ ꝓbēt tn̄ nō adhibet eis fides, qꝛ ſecreto debēt examinari
vt ī Spe. de teſte. §. nūc tractādū. ver. ſꝫ pone, ꝓduxi ī cā tres, ⁊c.
Si iudex Mediolanēſis miſit ad examinādū teſtes Papie per
notariū ſuū, vꝫ nec eſt dubitādū d̄ citatiōe, qꝛ ſufficit ꝙ ſolo v̄bo
fiat ſꝫ ſi nollēt teſtificari, nō poſſet eos cogere. Bal. ſup rub. de ꝯ
195 tro. īueſt. ¶ † Teſtes ꝑꝑ nimiā diſſimilitudinē dicunt variare, ⁊
ꝑꝑ vnū, ⁊ eūdē ſermonē, dicūt ſubornati, qȯ iudicis arbitrio re-
linqt, an eis credat. Bal. ī l. cūctos. in ꝓn. C. de ſū. tri. ⁊ fide cat. ⁊

vide in l.teſtiū.in verſi.ideoq̃ diuus.ff.de teſtib. Quid ſi teſtis
196 dicit †falſum teſtimoniū,ſed de tenore dicit ſe non recordari?
Rñ.non pbat vt impediat ab inteſtato adiri Bal.in l.hec ſen‑
tētia.verſi.ſz opponit̃,q̄ icerta,ⁱc.C.de ſen.que ſine cer.quāt.⁊
no.in l.ij.ff.de bon.poſ.ſcdm tabu.⁊ ibi dicit gl.quod duo teſtes
197 impedirent dictā aditionem. †Teſtes, q̄ dicūt notariū erraſſe,
quia dicunt non audiuiſſe hec verba,ſed quedam alia probāt er‑
198 ratū,ſed non qualiter.Bal.in d.l.hec ſententia.†Quid ſi ſemel
teſtis eſt inductus,ſuper eodē,⁊ ſcdo inducit̃,⁊ dicit ſe non recor
dari qualiter primi depoſuerint,ſed non deponit vt alias depo‑
ſuit non aliter exprimendo,an valebit teſtimoniū? Barto.qd ſic.
Si vero valeat, non ſtatur primis atteſtationibus, itē nec ſecū‑
dis.ff.de teſtib⁹.l.qui falſo vel varie.que loquit̃ de eadē depoſi‑
tione.Item in diuerſis, qñ vtraq̃ depoſitio eſt ſolēnis. ſecus ſi
altera eſt facta ſine iuramēto.Bal.in l.ſi.C.de re iud.⁊ vide per
Bar.in l.eos.ff.de fal.Quid ſi ſcdm dictū fuit nullū rōne ſolen‑
nitatis omiſſe in ſcdo dicto? Dico ꝑ omnia vt primo dixi: Uide
Bar in l.legata inutiliter.ff.de leg.j.An teſtis q̄ neſcit originē
eius,de quo deponit,ꝓbet,dic vt not.ff.de iureiur.l.j.in princip.
199 Teſti†q̄ non plane narrat factū,id eſt,ſubſtantiā facti, nō cre‑
ditur.Bald.ff.de infa.l.Lucius.⁊ ex eius dicto non defert̃ iura‑
mentū in defectū probationū,nec ex dicto teſtis, qui nō reddit
cauſam ſuper dicto,lz non interrogatus:vt no.Bald in feud.de
200 ꝯſue.rec.feu.cap.ſacramentū.† Credit̃ plus perito quā impe‑
rito:vt in proemio Digeſtoꝝ,etiā ſi peritus negatiue,⁊ imperi‑
tus affirmatiue loquat̃,⁊ deponat.⁊ ibi per Cyn.non obſt.ff.de
arbi.l.diē ꝓferre.l.ſi plures.⁊ qd not.in c.j.de prebend.in vj.quia
ibi non loquit̃ de teſtimonio qd in arte cōſiſtit, ſed in ſenſu, ⁊ q̄
mera negatiua nō eſt ſenſibilis , q̄ obiectū ſenſus eſt ens ⁊ me‑
ra priuatio non eſt ens.ideo vera eſt glo.ſz ſi eſſent eque ꝓbabi‑
les vtreq̃ tūc ſtaremus veriſimiliori ff.de teſtib.l.ob carmen.§.
ſi.Cy.in l.ij.C.de erro.aduoc.Bald.in conclu. Teſtis deponēs
201 †ſuper eo quod eſt remotum a natura ꝯctus non facit deferri
iuramentū in ſupplementū probationis. Bal.in c.ij.de conſue.
rec.feud.vide in Spec.de teſte.in prin.ver. itē quod dixit ea que
nō conueniūt nature cauſe,ⁱc.§.j. Qualiter teſtes ꝓbent mortē
vel non aliquid extare. Uide no.in l.ſi dubitetur.ff. queād. teſt.
ape.⁊ vide text.⁊ ibi gl.in l.ſi quidem.C.ſol.mat.vt patet ibi.
202 Teſtis † ſi accepit pecuniam vt teſtimonium
dicat an ei credat̃? Rñ.qd ſic ſi eſt pro‑
ductus ab illo,in cuius preiudiciū dixit teſtimoniū:
Bal.in c.j.ſi de inueſti.inter dom.⁊ vaſal.lis oriatur.
203 Teſtis † recipiēs pecuniā ob teſtimoniū verū dicendū incidit
in falſum.ff de fal.l.j.verſ.itē qui ob iſtruēdam in gl.in verb. ad‑
uocationem. Uide in Spe.de teſte.§.j.verſ item opponit̃.⁊ ver.
ſeq.ſed quid ſi teſti data ſit pecunia. Dans pecuniā teſti. vt ve‑
rum teſtimonium ferat, punitur ac ſi ipſum corrupiſſet.gl.eſt ſin
